PHARMACOPOEIAE

# MEDICO-CHYMICÆ,

*LIBER III.*

DE

# MACROCOSMOLOGIA,

## SEV MINERALOGIA.

---

## Cap. I.

### *De Mineralogia in genere.*

LIBRIS ſuperioribus medicamentorum tractationes generaliores fuerunt cum ſubiunctis compoſitis, quæ non paſſa ſunt ſpeciali alicui certóue natiuo accenſeri, qua ratione Pharmacopœia generalis dici poſſet: ſpecialior ſequitur, qua natiua ſingula cum annexis præparatis perſtringuntur.

Pharmacologiæ ſpecialis partes ſunt, *Macrocoſmologia*, *Phytologia & Zoologia*. Tot enim numerantur Mundi vniuerſi regna: macrocoſmicum ſcil. vegetabile & animale, eáque inter ſe ſumma cognatione coniuncta.

N. *Regna hæc vocat Hippocrates*, (lib. de Diæta,) *tres concentuum harmonias, ſimilitudine ex muſicis deſumpta. Nimirum ſunt inſtar trium ſonorum, perfectam & abſolutam vniuerſitatis harmoniam conſtituentium. Baſin Macrocoſmus perhibet, qui reliquis duobus ſubſternitur ceu fundamentum, ſine quo ea nec concordare inuicem, nec ſubſiſtere queunt. Regnum vegetabile refert tertiã in muſicis dictam, videlicet, vt latitudo huius ſemitono inter tertiam maiorem & minorem circumſcribitur, ita & in regno vegetabili latitudo deprehenditur, qua alia ad naturam macrocoſmicam propius accedunt, alia longius ab eodem recedunt. Latitudo hæc vegetabilium iuxta Moſen triplici terminatur claſſe. Prima continet germen pumilum, ſponte naſcens* (דשא) *Secunda herbam ſeminificam* (עשב) *Tertia, plantam lignoſam* (עץ). *Regnum porro animale, quintam & ſextam exhibet. Hæ enim vti longius à baſi recedunt, ambitúmque integri toni continent: ita & regnum animale non modò longè à natura macrocoſmi diſtat, ſed & latitudine maiori circumſcribitur. Sunt nimirum in hoc regno animalia aquea,* (נפש חיה המים *id eſt, anima, ſeu ſpiraculum viuens aquarum.*) *Sunt & ter-*

*rena* (כנפש היה הארץ *i.e.anima ſeu ſpiraculum viuens terræ.)Eſt & Homo* ארם *ex Adama, i.e. terra & aqua exaltatis creatus, qui preterquam quod eſt cum reliquis animalibus* כנפש חיה *i.e. anima viuēs, inſpiratum habet inſuper* נשמת חוים *ſpiraculum vitarum, adeóque reliqua omnia antecellit.*

*Macrocoſmologia* eſt rerum macrocoſmicarum enodatio.

Res macrocoſmicas voco; quæcumque extra familiam vegetabilium & animalium collocantur, ſiue primariæ eæ ſint, i.e. macrocoſmi membra, ſiue ſecundariæ, i.e. ex perittomate mácrocoſmico productæ.

N. *Conſtitutionem rerum macrocoſmicarum generalem libro primo paſſim deſcripſimus, quò Lectorem remittimus.*

In vſurpatione generaliter hîc penſitādæ veniunt vires, vt & modus vtendi.

Vires, *mineralibus fortiores, ac magis radicales ineſſe quàm reliquis, ex eo conuincitur, quod primæ origini ſint propiora, idcirco & vnitiora, & conſequenter fortiora. Virtus enim vnita fortior,*

N. *Fortitudo hæc ſecundùm latitudinem demetienda eſt, qua à primo illo principio diſtant. Sunt enim è mineralibus, quæ vel ad naturam vegetabilium progreſſa ſunt. Horum virtus vt magis eſt explicata & extenſa, ita minus fortis. Sic ſunt bitumina.*

*Sunt econtra, quæ à natura Vniuerſali haut ita longè receſſerunt. Horum igitur virtus vnitior, ita & fortior. Sic ſunt Salia, Metalla, & ſim.*

N. 2. *Habent & vires mineralia ſuperficiarias, quæ facile in actum deducuntur, e.g. ſal vires habet, quas exercet in ſubſtantia, interna enim ⊖is vires non apparent, niſi ſal ſit inuerſum, e.g. in ſpiritum redactum.*

Modus *vtendi* mineralibus, tàm internus; quàm externus eſſe poteſt.

N. *Sunt qui vſum internum mineralium præcipue mercurialium, metallicorum & ſalinorum ex medicina deturbant. 1. Quia ſint venenata. 2. Quia ſint acria & corroſiua. 3. Quia* διάθεσιν *perniciosam poſt ſe relinquant.*

℞. Ad 1. *Non adhibentur quatenus venenata, ſed quatenus ſaluti conferentia, ſiue hoc ſit acquiſitum veneni ablatione ſiue correctione, &c. Conſtat nimirum rem, quo nobilior primitus fuit creata, eo deteriorem poſtmodum vi corruptionis euaſiſſe: Corruptio autem quia accidentarium eſt, eſſentiam & radicem prorſus non abſtulit, ſed occultat ac detinet ſub ſuo dominio. Exemplo ſit ſerpens venenatus, qui ſub veneno ſalutarem circumfert antidotum: adde quod nec omnia quæ veneni accuſātur, venena reuera ſint.*

Ad. 2. *Non adhibentur quatenus acrimonia illa noxia eſt, ſed quatenus reliquis miſta intentioni Medici conuenit, vel & quatenus mitigata eſt eadem & emendata: Sic ingreditur Theriacam chalcitis, ſic allium culinam, &c.*

Ad 3. *Particulariter concluditur, & non niſi aduerſus ea de quibus conſtat, quod pernicioſam diſpoſitionem introducant. In his autem conſtituendis vti iniquum eſſe duco limites tranſcendere: ita temerarium reputo, mineralibus vel ſolis, vel citra neceſſitatem velle inhærere.*

Res macrocoſmicæ ſeu minerales ſunt tum primariæ, i.e. ad naturam Elementorum ceu macrocoſmi membrorum propius accedentes, vt Terræ & Aquæ: tum ſecundariæ, i.e. è perittomate macrocoſmi prognatæ, vt: Lapides, Metalla, Metallis finitima ſeu ſemimetalla, metallica excrementa, Salia, Sulphura.

# Cap. II.

## *De Terris.*

DE Terra incipimus, non quatenus Elementum audit ſimplex, ſolóque conceptu comprehenſibile, ſed quatenus macrocoſmico ſemine imprægnata eſt. Mortua enim recte à Paracelſo perhibetur, viuere autem Elemento inuiſibili, i.e. vapore ſeu ſpiritu vniuerſali infuſo: quippe huius virtute, terra aliàs mortua viuificatur, ſterilis fœcundatur, vegetatur, ínque naturam variam, tum mineralium, tùm vegetabilium, tùm animalium faceſſit. Ex mineralibus ſunt, quæ terræ faciem adhuc quidem retinentes, à communi tamen terra quodammodo recedunt, atque medicarum terrarum claſſes ſubeunt. *Hæ* pro diuerſitate matricum, colorum, proprietatum, regionum vel aliarum etiam circumſtantiarum, diuerſa nomina ſortiuntur. Sic dicitur 1. Ratione ſoli natalis; Terra Lemnia, Turcica, Armenia, Chia, Melitea, Strigenſis, Brunduſiaca, ſeu Bohemica, Labacenſis, ſiue VVeterauica. 2. Ratione proprietatũ & colorum: terra ☉ris, ☾ris ♀rea, ♂ialis, ♄nina, & 3. ratione ſigni impreſſi; Terra ſigillata, &c. Nos reliquis Terrarum ſpeciebus omiſſis, Officinarum noſtratium terras ſolumodo enodabimus.

N. *Dicitur Arabicè Teri, Græce* Γεα vel Γῆ German. *Erd.*

Vires. *Terram in genere frigidam communis ſtatuit opinio, nixa Elementorum quadruplici combinatione, quippe quâ terra per frigiditatem ad aquam accedit, aqua per humiditatem ad aërem, aër per calorem ad ignem, ignis per ſiccitatem ad terram. Verùm, licet hæc de Terra dici queant, quatenus Elementum ſimplex illa conſideratur, id eſt, quatenus cum reliquis Elementis, Elementatorum generationem ingreditur; Attamen quatenus nobis terra offertur, minimè talis cenſeri poterit, quippe (teſte Hippocrate libro* περὶ σαρκῶν, *potius* περὶ ἀρχῶν) *multum calidi (ſpiritus illius, de quo ſuprà) terræ ineſt, cuius vigore fœcunda ipſa redditur. Fœcunditas enim non niſi à principio ſpirituoſo procedit, eóque calido, licet in caliditate ea, maxima ſcilicet latitudo ac diuerſitas deprehendatur. Quoad qualitates reliquas aſtringentis cenſetur naturæ ac putredini reſiſtentis.*

### Præparata.

Præparationes quibus Terræ ſubiici poſſunt, & inde Medicamenta producta ſunt.

1. Purificatio ſeu Lotio: vnde Terra lota.
2. Preparatio officinarũ: vnde præparata
3. Præcipitatio: vnde Magiſterium.
4. Deſtillatio: vnde Spiritus &c.

### 1. *De Lotione,*

Quia Terræ, vt plurimum ſabulo ac calculis ſcatent; lauari communiter ſolent, id eſt, in aqua diſſolui, quâ ſolutione ſabuloſa, ac lapidoſa ſubſtantia, vtpote quæ terrâ vtili ponderoſior eſt, ſubſidet. Hinc aquam terrâ turbidam decantant, exhalandóque exiccant: verùm lotio hæc, meo quidem iudicio citra aliqualem, imò magnam virium

iacturam fieri vix poterit; Nimirum pars quædam ſubtilis (qua magna ex parte terræ perfuſæ ſunt) lotione illa recedit: Volatilis itidem terræ pars (quâ impræ-gnatæ terræ ſunt) exhalando euaneſcit. In præparationibus itaque præſtat terram crudam non lotam recipere.

N. *Non improbamus imbibitionem ſeu impragnationem, qua terræ ſucco aliquo medicamentoſo iteratis vicibus humectantur, rurſum excitantur, atque ita viribus confortantur nouis.*

2. *Præparatio.*

Pæparandi modus non eſt diuerſus à modo præparandi generali, c. 76. Læuigantur nimirum terræ, ſubindéque irrorantur aquâ appropinquatâ (v. g. Tormentillæ, ) rediguntúrque in pulpam per ſe exiccandam.

3. *Præcipitatio:*
vnde
*Magiſterium.*

Soluitur Terra in Spiritu aliquo acido, e. g. Spiritu ⦶, vel ſimili, ſolutio decantatur, præcipitaturque cum oleo 🜿 per del. vel cum 🜄, communi largiter effuſa, præcipitatum edulcoratur aquâ fontana.

4. *Deſtillatio ac Sublimatio,*
vnde
1. *Spiritus ſimplex.*

℞. 🜃æ orbiculos formatos ac deſtilla igne nudo ex Retorta. *Vide infra de Terra ſigillata.*

*Spiritus cum Vino.*

℞. Terræ, e. g. Strigenſis, (de minera antequam lauetur, ) q. v. affunde aquam deſtillatam: inde Retortæ, ac deſtilla lente, vt aliquantulum aperiatur corpus. Hinc ſuperfunde 🜈, digere & deſtilla.

3. *Spiritus Alcaliſatus ſeu Balſamus.*

℞. Terræ Strigenſis, (crudæ non lotæ, ) q. v. affunde aquam tonitrualem, macera aliquot ſeptimanas ad putreſcendum. Hinc deſtillata per 🝫. Ex materia ſuperſtite extrahe 🜔 idque deſtillato liquori iunge, circula per menſem. Poſtea deſtilla iterum. Sic liquor ſecum rapiet Sal, nanciſceriſque ſubtilem Balſamum.

*Aliter.*

℞. Terræ crudæ vel lotæ, e. g. lib. xx. &c. deſtilla per curcurbitam vitream loricatam ad latus inclinantem (vel per Retortam) calore ſat forti gradatim adhibito. Primum extillat Aqua, hinc Spiritus; Spiritibus animaduerſis augeatur ignis, & ſublimabitur Sal: Coniunge ſalem hunc aquæ deſtillatæ, ac deſtilla denuo ſemel ac iterum, vt poſt deſtillatum liquorem Sal ſublimetur: vel digegere ſimul ſic Balſamum habes precioſum, Conrad. *Kunraht, in Medulla deſtillat.*

*N. In copia* 🜃*m deſtillare oportet, aliàs parum* 🜔*ij nanciſceris.*

## I. TERRÆ ARGILLACEÆ, SEV SIGILLATÆ.

Omnibus Terrarum generibus laudem meritò præripit argilla, quæ à ſigillo quo ferè notata venditur. ſigillata dici ſolet, Arabicè Terimacthim. Germ. *Siegel Erd.* Hanc varij generis Officinæ exhibent.

Sunt enim Terræ ſigillatæ, 1. Turcicæ (Turcicis Characteribus inſignitæ) quas pro Lemniis terris communiter venditant, cum veræ terræ Lemniæ Galeni minimè reſpondeant. Verùm enim verò ſiſint qui Terram ſigillatam in placentulis cinericei coloris Conſtantinopoli aduectam, pro vera Terra Lẽnia vſurpare velint, vt pote quæ inter modernas præſtantiſſima ſit, ipſis bellum propterea non indicam

2. Eſt Terra Melitea, ſic dicta, à Melita ſeu Maltha Inſula, in qua eruitur, aliàs Terra ſigillata Sancti Pauli.

3. Eſt & officinalis, terra ſigillata Germanica, eáque duplex, vna dicitur Strigenſis lutei coloris, quæ in Scaptenſula auri Svvenicenſi reperitur, dicitur Officinis Terra ſigillata Strigenſis, à Striga Sileſiæ Oppido, vbi præparari ac ſigillari cæpit: dicitur & Medulla vel axungia ☉is, eò quòd ☿re Solis imprægnata credatur: Altera Lignicenſis vocatur, eſtque triplex, coloris ſcil. rubei, albi & cinerei. Hanc vocant axungiam Lunæ, quippe quæ ☿e ☾æ ſit perfuſa; Item Vnicornu minerale, quod viribus vero Tnicornu reſpondeat.

N. *Similiter & reliquorum metallorum cuniculis inueniuntur terræ. Sic & in VVetterauia, haud longe à Lacabo oppido, ſpecies quædam terræ datur, quæ ad axungiam ☉is accedere videtur:*

*Delectus*; Præſtantiſſima omnium, quæ modernis in vſu ſunt, cenſetur Lémnia, rubri, hinc cineritij coloris, quæ Conſtantinopoli ad nos peruenit. Huic ſuccedere poteſt axungia Solis in affectibus cordis, vel axungia Lunæ, in capitis & Epatis morbis: Ex Lunari autem antecellit ea quæ cineritij coloris eſt.

Nota *Bonitatis in terris eſt, 1. ſi linguæ adhæreant, ſi ſaliua aut humore humectata, in bullam ſeſe eleuent, vel in ∇m coniecta bullas excitent.*

Vires *Exciccat, aſtringit, reſiſtit putredini venenóque, reſoluit ſanguinem grumoſum, confortat cor capútque, ſanguinem dilatat, adeóque ciet ſudorem. Vſus præcipui in peſte, febribus malignis, Diarrhæa, Dyſenteria, in morſibus animalium venenatorum. Extrinſecus in vulneribus malignis mundificandis, in ictu venenato.*

N. 1. *Terra Labacenſis, Terræ ſigillatæ vires æmulari videtur: ſudores largiter mouet nec vi adſtringendi reliquis cedit.*

N. 2 *De axungia Solis experientia comprobauit; 1. Quod cruda, (qualis ſc. ex minera eruitur) ſæpiſſimè Epilepſiam curauerit. 2 Quòd in Philtris maxime profuerit.*

*Doſis à* ℥ß. *ad* ℥ij.

## PRÆPARATIONES ET PRÆPARATA TERRARVM ARGILLACEARVM AC INPRIMIS SIGILLATÆ.

### 1. *Terra ſigillata præparata.*

N. *Vt plurimum terra ſigillata ſine præparatione vulgari in vſum venit.*

### 2. *Magiſterium.*

℞. Solue in Spirit. ⦶, præcipita ol. ♀. p. d. vel ∇. comm. ita Magiſterium ſub colore terræ natiuo nanciſceris.

*Doſis à* ℈ß. *& ad* ℥ß. *vltra.*

### 3. *Spiritus 🜃æ ſigillatæ ſimplex.*

Deſtillatur terra, per ſe ex Retorta: Nimirum.

℞. Terræ Sileſiacæ flauæ (optima eſt, quæ duobus monticulis inſignitur) lib. 1. frange in particulas duas, ac deſtilla per Retortam, igne nudo, hor 6. vel plures, (ad ♂. integrum,) in Receptaculum capax. Primum extillat Phlegma, dein Spiritus albicantes in parua quidem copia, ſed grati acoris, ac ſaporis.

N. *Terra reſtans, eiuſdem etiamnum figuræ extrahitur, ſed quæ non amplius linguæ adhæret, nec ſaliua humectata in bullas exurgit.*

Vſus: *non opus habet rectificatione, ſed in vſum venit vna cum Phlegmate,*

Mm *Doſis*

*Doſis* ℈ß. *Vide Horſtium in Problematibus.*

4. *Spiritus* 🜃 *æ ſigillatæ cum Vino.*

Fit macerando 🜃am cum 🜄 & deſtillando. Hinc digerendo eandem cum 🜈 atque deſtillando. Vide ſupra.

5. *Spiritus* 🜃 *æ alcaliſatus, ſeu balſamus* 🜃 *æ.*

1. Fit ſi cum. 🜄. maceretur ac deſtilletur, & poſtea cum ſale ſuo alcaliſetur. Vide ſupra.

2. Deſtilletur ſine 🜄, floréſque forti calore populſi, cum liquore deſtillato coniungantur.

Vires. *Vires externæ viribus iudicari poterunt, præter quas vim quoque habet arthriticos dolores ſumme mitigandi, malignitatem ſcabiei corrigendi, &c.*

N. *Soluit quoque* ☉.

6. *Oleum Terræ Strigonienſis.*

℞ Terræ Strigonienſ. ℔. 1. Affunde aq. pluuialem deſtill. colloca in locum temperatè calidum per menſem vel amplius, & oleoſitas à corpore ſuâ ſpōte ſeparabitur, & aquæ innatabit. Aquam ſepara per iufundib. & oleoſitatem cum part. VI. 🜈 deſtilla & egredietur Oleum aurei coloris ♌ui innatans. Materiam autem inſtar perlæ albam infundo relictam extme, cum aq. pluuiâ 🜔em vt moris eſt extrahe, hunc oleo redde, maiorúmque virium ergò circula, & ex 6 vitreâ ∴ deſtilla.

*Doſis gutt. vj. in vehic. conuenient. in febribus malignis, variolis, calculo.*

Q. *Et terræ ſigillatæ vide in Hodegetico Popp. p. 120.*

## II. BOLVS

Bolus terræ genus eſt, ex pallido rubrum, vaporibus ♂alibus imprimis imprægnatum.

Dicitur Medicis Bolus armena, vel orientaris, eò quod ex Armenia finitimíſque locis, præcipue aduehatur. Præcipue dico, ne excludam & alia loca in quibus ea foditur, & ad nos tranſportatur, quibus nec Germania noſtra caret, vnde nobis VVittebergica vſualis eſt.

*Delectus.* Præſtat pura (non arenoſa) quæ in læuorem calcis inſtar effuſo humore, promptiſſimè ſoluitur ac commanducata butyri modo liquieſcere videtur. Reliquis tamen præſtantior cenſetur, quæ ex Armenia vel locis finitimis apportatur.

Vires. *Valde ſiccat, aſtringit, roborat. Hinc vſus eius ſaluberrimus eſt in fluxu ſiſtendo, in humore inſpiſſando, in putredine arcenda, veneno obtundendo, &c. quâ ratione conuenit in Diarrhœa, Dyſenteria, fluxu menſtruo; Catarrho, ſputione ſanguinis, Hæmorrhagia narium & vulnerum, &c. Externus eius vſus creber eſt in Cataplaſmatis, pulueribus aſtringentibus, &c.*

### PRÆPARATA.

1. Bolus armena præparata, fit modo generali.

N. *Vt de Terra ſigillata monuimus, cruda potiùs quàm præparata terra armena in vſu eſt.*

2. Magiſterium fit vt Magiſterium terræ ſigillatæ.

## III. CRETA.

Creta, *Kreyd*, à Creta Inſula ſic dicta, vbi in copia inuenitur, (licet & aliæ regiones quam plurimæ eâ ſcateant) terræ ſpecies nobiliſſima eſt, durior & candida.

N. *Renodæus triplicem huius facit ſpeciem, candidam, vireſcentem & nigricantem; Verùm, nobis non niſi candida in vſu medico eſt, eóque rariſſimo.*

Vires, *Siccat, abſtergit, emplaſtica eſt.*

*Vſus eius internus nonnunquam in ardore Stomachi eſt, externus in vulneribus, vlceribus, &c. ſiccandis.*

IV. TERRA IAPPONICA.

Eſt & terræ genus, &c. huc referatur ex fine *huius* libri pag. 172

V. MARGA.

Marga, eſt portio quædam pinguis & quaſi medulla, in ſaxis nonnullis, dum frangantur reperta, vnde & medulla Saxorum dici ſolet Gem. *Steinmark.*

Vires. *Siccat, abſtringit, conſolidat, ſarcotica eſt, tartarum ſanguinémque coagulatum reſoluet, (intus exhibita.)*

VI. OCHRA.

Ochra terræ ſpecies eſt durior, coloris flaui ſeu lutei Germ. *Ochergeel.*

Vires *Siccat, aſtringit, diſcutit, excreſcentias reprimit.*

Vſus *eius rariſſimus eſt, non niſi externus ac præcipue in vibicibus & colliſis, tum quique in tumoribus duris diſcutiendis (*Emplaſtr.

VII. RVBRICA.

Rubrica terræ ſpecies eſt lapidoſa rubea, &c. dicitur & rubrica fabrilis, quòd fabris lignariis crebrò inſeruiat, in ducendis lineis, German. *rothe Kreide, Rœtelſtein.*

Vires *aſtringit.*

*Vſus eius Medicus eſt in Emplaſtris vulnerariis & ſiccantibus.*

VIII. TRIPOLIS.

Tripolis terra eſt coloris Citrini intenſe. ſpeciésque videtur Ochræ.

Vires. *Vſus eius in Pharmacopœia vel nullius, vel rarus eſt, niſi quod pro deſtillandis Spiritibus ſalinis, ſalibus admiſceatur, quò minus ea fluant.*

---

## CAP. III.

### *De Aquis.*

AQuæ natiuæ; quæ vſui Pharmaceutico inſeruiunt, tùm ſimpliores ſunt, tùm minerales.

Præparationes vtrarumque ſunt: 1. Purificatio. 2 Deſtillatio. 3. Inſpiſſatio, Hinc aquæ depuratæ, deſtillatæ & ſalia.

1. *Purificatio*

Scatent nonnunquam aquæ craſſis & hetorogeneis fecibus, vnde depuratatione opus habent. Depurationis huius modi ſunt. 1. Filtratio per chartam bibulam. 2 Digeſtio, qua partes craſſiores ad fundum ſecedunt.

2. *Deſtillatio.*

Deſtillatio aquarum in genere, pro variante volatilitate, fixitatéue eliciendi liquoris, erit inſtituenda in VB. MB. cinere, tum quoque in arena, conuenientiora autem hîc ſunt deſtillatoria vitrea.

3. *Inſpiſſatio.*

Inſpiſſatio partem fixiorem reddit conſpicuam, quæ ſi ſalinæ naturæ fuerit, elixiuiari poteſt, l.a.

Vires. *Aqua quatenus aqua ſeu liquor eſt, ſummè humida cenſetur, frigida remiſſè. Verùm quatenus aliis rebus immixtis vehiculum præbet, eatenus pro harum diuerſitate qualitatibus prædita iudicatur.*

## AQVÆ SIMPLICIORES.

Aquæ ſimpliciores ſunt aqua 1. fontana, 2. putealis, 3. fluuialis, 4. paluſtris, 5. pluuialis, 6. niuea. Ex his vſitatior fontana & pluuia, quibus quoque 7. ros maialis addi poterit.

1. *Aqua fontana* eſt omnium puriſſima & vſitatiſſima. Puriſſima eſt, quia per terram ceu colatorium colatur. Vſitatiſſima eſt, quia ad omnia recipitur, ad quæ aqua ſine peculiari mentione alterius, e.g. puluiæ, &c. recipi iubetur.

N. *Præfertur inter fontanas quæ fluit ab Oriente ad Occidentem, quæ decurrit à montanis locis altioribus, item quæ Viſu, Guſtu, & Olfactu, pura clara, tenuis, leuis ac ſyncera deprehenditur, vt & quæ citò incaleſcit, & citò refrigeratur, quæ Hyeme calidior; Æſtate frigidior. Aquam hanc iniecto pane toſto corrigere, ægrotiſque, loco potûs ſat grati concedere noſtrates conſueuerunt.*

2. *Putealis* fontanâ vilior & crudior vt plurimùm habetur, eò quòd ponderoſior plerumque ſit ac lingaam magis feriens (*ein hart VVaſſer.*) Verùm ſi ex viuis ſcaturiat ſcaturiginibus, reliquiſque bonitatis ſignis abundet; illius vices ſubire haud inepta eſt.

3. *Fluuiatilis*; quòd radiis Solaribus expoſita fuit, magis habetur digeſta quidem quàm putealis: verùm tamen in vſurpatione eius, non erit inutile, ſpectare, vnde originem trahat, quóque perlabatur.

4. *Paluſtris* peſſima omnium cenſetur, adeóque è Medicina eliminanda.

5. *Pluuialis*, eſt aqua leuis, linguamque minus feriens, (*iſt ein vveich VVaſſer*) fontanæ vicaria, vtimur ea vt plurimum deſtillata. Sunt qui præferunt imbres à meridie aduolantes, vel ab Oriente, vt pote quas radiis Solaribus magis imprægnatas & digeſtas arbitrantur.

6. *Niuea*, pluviali affinis eſt, magíſque penetrans, adeóque & ad ſudorem mouendum non inefficax, quas vires naturæ ſalinæ accceptas refert, quâ præ reliquis abundat, vi frigoris condenſata.

N. 1. *Præfertur collecta circa ſolſtitium Hybernum & Æquinoctium Martij.*

N. 2. *Odontalgiam pertinaciſſimam aquea niuea fuiſſe domitam, vide Zacut l. 1. Hiſt. med. obſeru. 46. De vſu vid. d. l. dub. 42.*

7. *Ros.* reliquas omnes ſubtilitate, adeóque & penetratione antecellit: Conſtans liquore volatiliori, ſaléque acriori, præfertur maialis.

### PRÆPARATA.

Aquæ fontanæ plerumque crudæ in vſum accerſuntur *Meteoricæ* autem plerumque deſtillatæ. Præter has ſunt qui & Eſſentiam ſeu Spiritum alcaliſatum inde parant, idque mediante deſtillatione & ſalificatione.

*Deſtillatio.*

℞. Aquæ pluuial. vel niueæ bonam quantitatẽ, deſtilla ex curcubita vitrea leni MB calore, vt *ſolummodo* pars ſpirituoſa colligatur, *hinc ſubſiſte*. Alij, vt eò felicius pars ſpirituoſior à reliqua ſequeſtretur, præmittere ſolent digeſtionem ſeu putrefactionem, (per menſem 1. aut 2.) in vaſe Herm. clauſo, qua fit vt non modo feces ſubſideant, ſed & liquor quodammodo ad ſequeſtrationem diſponatur

Hinc paratur.

*Spiritus alcaiſatus, ſeu Eſſentia*

℞. Spiritum iam elaboratum; adde ⊖, circula ſimul vaſe Herm. clauſo, per menſem.

*Saliſi*

*Salificatio.*

℞. Aquæ quantitatem maximam (menſur. 20·30.) exhalet aliquantulum, (ſi opus ſit interpoſita filtratione,) hinc reponatur, euaporétque ad ſiccitatem: ſic nanciſceris feces ſalſedine impræ-gnatas. Elixiuia crebris ſolutionibus, habebis ſal purum.

N. 1. *Sunt qui feces calcinant, ſed metuo ne quid pereat. Continet enim & ⊖ volatile.*

N. 2. *Sunt & qui ⊖ volatile ex ſpiritu ſibi ſpondent, ſed ſucceſſu mihi irrito.*

N. 3. 🜃 *illa reſidua ex euaporatione, ſi per* 6 *pellatur, oleum quoque ſupernatans exhibet, ſed parum.*

*Tartarum Philoſophicum S. Cloß.*

Ros vel aq. pluuia leui artificio reducitur in 🜃 ſubalbam, ſi ſcil. matracium rore ſemiplenum *H. S.* immergatur in Aq. *Thermalem* calentem vel retrò clibanum aut in *hypocauſti* ergaſtulo digeratur longo temporis interuallo, ſic n. de die in diem vi △ lenti atque continui generantur Atomi ſplendentes, quæ ad fundum vaſis agglomerantur, & à cæruleâ aq. ſupernatante ſeparari debent.

*Spiritus aq. pluuialis acidus & ardens Ioh. Fabri.*

Imbibe hanc 🜃 am decima parte alterius aquæ puluialis, digere dum ſpiſſeſcat, idque ſepties reitera, habebis materiã pinguem & ad ſyrupi conſiſt. accedentem, è quà △ ✝E primo ♎um acidum, deinde ▽ ∴ ♎um igneum propelles. Vtrumque rectificã & ſuper Ꝗ ſiue gummi reſtans pluries cohoba, intercedẽte ſẽper digeſtione, quod ſupererit calcina △ reuerberij ad albedinem, & ex calce hac Sal naturæ extrahe. Iam liquores illos ſali fixo reaffunde, digere, congela in MB, tandem ſublima in ſalem cryſtallinum, quem in matracio *H. S.* furnóque ſecreto in terram fixam rubentémque figere non dubitabis.

*Hanc pro Panaceâ Vniuerſali habent plures Philoſophi.*

*Aquæ minerales.*

Sub aquis mineralibus comprehendimus acidulas & thermas, quæ nihil aliud ſunt quam aquæ mineralibus eſſentiis in terræ abyſſo imprægnatæ

Duo ergo & his inſunt; Mineralis ſc. ſubſtantia, ceu pars potior, & Phlegmaticus liquor, ſeu aqua, ſubſtantiæ illi Minerali vehiculum præbens

Mineralis illa *eſſentia nihil eſſe* videtur aliud, quam Spiritus mundi in terræ gremio conceptus, inibi pro varietate matricis vel locorum in hanc vel illam naturam mineralem, prout illa à naturata naturante natura fuerit, trãſplantatus, aqueóque liquori ceu vehiculo commixtus.

Eſtque ſubſtantia hæc mineralis varij generis metallina, ſalina, bituminoſa, terreſtris, &c. tùm ratione volatilitatis; fixior, volatilior, &c.

Vires. *Vires aquarum mineralium, pro diuerſitate commixtorum mineralium decernendæ, in quibus tamen, cum impoſſibile ſit, in accuratam earum deuenire mixtionem, experientiæ potiores partes dandæ ſunt,*

## CAP. IV.

### *De Lapidibus in genere.*

LApides ſunt corpora terrea, dura, inductilia, vi lapidifica ex materia lapideſcente, id eſt, viſcoſa terreſtri ſeu tartarea, coagulata.

N. *Generantur lapides ex peritomate ſalino-terreſtri, quod in nutritione rerum redundat, vique ſua lapidifica in duritiem lapideam coagulatur.*

Suntque vel precioſiores, vel minus precioſi: Illi gemmæ nomen adſciſcunt, præcipue ſi diaphanæ fuerint; hi nomen lapidis retinent.

PRÆPARATA.

Præparationes ſeu operationes, quibus lapides in vſum Medicum veniunt, præcipuæ ſunt. 1. Pulueriſatio & præparatio in ſpecie ſic dicta. 2. Calcinatio, cui ſubiunguntur. 3. Solutio. Coagulatio & Purificatio ſeu Edulcoratio. 4. Liquatio ſeu Deliquium. 5. Deſtillatio volatiliſatio. His accedit interdum 6. Syrupiſatio.

N. *Integrum & inſignem tractatum de lapidibus conſcripſit Nobiliſs. Anſelmus Boëtius Boodt, Medicus Rudolphi Secundi, quem in deſcribendis lapidibus potiſſimum ſum ſecutus. Præter hunc inſeruit Cunradus Kunrath, medulla ſuæ deſtillatoriæ, integrum ferè Tractatum de Lapidibus precioſis ac minus precioſis, vtrorumque præparationibus, ac facultatibus part. 1. tr. 10.*

*I. Pulueriſatio & Præparatio.*

Pulueriſatio lapidum commodiſſima fit primò tritura, quam dein ſuſcipit læuigatio. Præparatio fit ſi inter læuigandum ▽ conueniens ſtillatitia aſpergitur, inque pulpam maſſa redigitur, in vmbra exicccandam.

*II. Calcinatio.*

Calcinatio cui lapides ſubiiciuntur, vel miniſtri eſt, vel principalis. *Miniſtra* eſt, qua lapides ad principalem illam ſuſcipiendam, diſponunturque ſtricte loquendo calcinatio. Principalis eſt, qua lapides propius in vſum Medicum veniunt, dicitur ſolutio potius quàm calcinatio, adiunctámque habet coagulationem, cum annexa edulcoratione.

Calcinatio qua lapides ad ſolutionem diſponuntur, perficitur vel ignitione tum ſimplici, tum reſtinctoria, vel corroſione, eáque aut cum 🜔, aut 🜊e, &c.

Ignitio ſimplex fit, ſi lapis vi ignis nudi, tum liberi, tum reuerberio incluſi comburitur, donec in calcem redigi queat. Exemplo ſit calcinatio illa vulgaris lapidum calcinariorum, vnde calx viua murariis expetita

Ignitio reſtinctoria: quando lapis ignitus in liquore aqueo extinguitur, idque vicibus repetitis, donec in calcem redigatur.

N. *Eſt & alius modus calcinandi: Nimirum pulueriſati miſcentur cum duplo carbonum pulueriſatorum, (præſtant fagini) inque fornace figulina* 🝮 *24.* 🝥*bulo cooperculato cremantur.*

*Corroſio 1. cum* 🜕. Lapis groſſe (ſaltem) ad minimum contuſus, miſcetur cum 🜕i portione æquali, duplo, triplo, plus minus igníque committitur fortiſſimo,

tiſſimo, vt 🜕 fundatur & concremetur.

N. *Peragitur & hoc modo: Nitrum funditur primum, hinc fuſo ſuperinjicitur paulatim lapis calcinandus pulveriſatus.*

*Corroſio* 2. *cum* 🜋: Lapis cum 🜋is duplo, triplo, ter quater, pluriéſue in 🝧bulo aperto ad 🜋is exhalationem vritur.

N. *Præſtat* 🜋r *vinum, vel flores* 🜍*is adhibere.*

*De Calcinationibus hîc notandum in genere.*

1. *Siquidem calcinationes id finis præſeferunt, vt lapides fiant ſolubiles, parum intereſt, vtrum vno pluribusúe calcinationum modis finem dictum conſequaris. Sic perficiunt calcinationem alij vno calcinationis genere (verbi gratia Baſilius ignitione ſola Corrallia calcinat:) alij duobus, ſic calcinat Crollius gemmas, &c.* 1. *Cum* 🜍*e*, 2. *Cum* 🜕*e. Kunrath è contra,* 1. *Cum* 🜕. 2. *Cum* 🜍*i: alij præmittunt quoque calcinationem ignitionis, & præcipuè reſtinctoriam.*

2. *Si quid indiſſolutum remanſerit, denuo calcinandum eſt, idque vicibus toties repetitis, donec tota ſubſtantia, rejectis fecibus ſit diſſoluta.*

*III. Solutio.*

Solutio Lapidum tàm precioſorum, quàm vulgarium variis poteſt adminiſtrari menſtruis, quibus lapides vt plurimum calcinati injiciuntur, locóque tepido reponuntur, ac ſubinde ſ. a. id eſt, toties repetitis noui menſtrui affuſionibus & decupelationibus, donec opus fuerit, & nihil amplius ſoluatur.

Menſtrua idonea ſolutioni videſis in ſolutione Coralliorum, præcipua tamen ſunt ⚹ vulgares ac inprimis alcaliſatum, terebinthinatum, ⚹ mellis, Spiritus 🜖i, ☽is, Ol. 🜍 per C. &c.

*Coagulatio.*

Coagulatio ſolutorum lapidum fieri poteſt, vel menſtrui abſtractione vel ſolutionis præcipitatione.

*Abſtrahitur* menſtruum, tùm euaporando, tùm deſtillando.

Præcipitatio fit inſtillatione ⊖ fuſi, Ol. 🜍 p.d. &c.

Edulcoratio fit iteratis ſolutionibus, ac coagulationibus, vel ablutionibus.

N. *Purificatio, quo ſæpius iteratur, eo ſal præſtantius ac purius euadit.*

*IV. Liquatio.*

Liquatio ſeu diſſolutio per deliquium fit, quando Sal lapidum in vitrea marmoráue patina, vel ſimili, in locum humidum exponitur, vt in liquorem diſſoluatur.

*V. Volatiliſatio.*

Volatiliſatio fit: ſi ſalia ſæpe ſoluantur coagulentúrque; atque tandem cum 🜄 (vel ▽. deſt. appropriata ſeu quod melius cum Spir. herbæ appropriatæ) ♂ ℘ 14. in ſimo equino digerantur, multotiéſque per cucurbitam humilem vel retortam deſtillentur, quippe poſt quamlibet putrefactionem aliquid ⊖is cum menſtruo aſcendit.

M. 1. *Deſtillatum hoc conſtans ex Menſtruo ac Eſſentia lapidis, (id eſt, ex ſale lapidis volatiliſato) dicitur Elixir: verum ſi menſtruum calore (leni) abſtractum fuerit, remanet Eſſentia in fundo.*

N. 2. *Præſtat Vini Eſſentiam cum ſalis liquore conjunctam, ſine ſeparatione aſſeruare, quippe vtraque ſeſe mutuo perficiunt,*

*ſciunt, adeóque vis ſalis reſolutiua, quæ calculum ſeu 🜖m roſoluit, Eſſentiæ vinoſæ viribus exaltatur; quin & Vini Spiritus ſit magis penetratiuus, & ad calculi reſolutionem operatiuus.*

*IV. Syrupiſatio.*

Syrupiſatio fieri poteſt, ſi reſolutionem (factam cum ſucco aſſumptioni internæ idoneo; v.gr. ſucco citr. berber.) cum ſaccharo in ſyrupum redegeris, affuſa ſi libet aqua ſtillat. conueniente.

*Operationibus hiſce fiunt ex Gemmis.*

*1. Gemmæ Præparatæ.*

Præparantur modo dicto; lęuigando, ſubindéque irrorando, cum ∇. cordiali roſarum, bugloſſæ, & ſim.

*1. Sal.*

Gemmæ calcinatæ ſoluuntur interueniente digeſtione in 🜊 vulgari (vel terebinthinato:) ſolutiones filtrantur: hinc abſtrahitur menſtruum, ſalque relictum purificatur eluendo cum ∇ deſtillata. Croll.

N. 1. *Sunt qui malunt 🜊 à ſexta parte cineris herbæ Kali ternis cohobiis deſtillatum. Nimirum hoc ſubdulce nec adeo mordax eſt. Hartm. in Croll.*

N. 2. *Calcinatio hic fit, vel ſola ignitione, ſcil. vſtione; vel corroſione. Placet hic modum Crollij inſerere, qui eſt: Gemmæ læuigatæ cum 🜍 an (flor 🜍) ter quatérue comburuntur, idque igne rotæ ✝buloque operculato: vltimo tegitur totum crucibulum carbonibus. Calx gemmarum latione à 🜍re repurgata miſcetur cum 🜕 ana & calcinatur denuo in tigillo clauſo igne rotæ vt fluant. Tamdem abluitur optimè 🜕, calxque gemmarum exiccatur. Sic parata eſt ad ſolutionem.*

N. 3. *Si quid indiſſolutum manſerit, id nouæ calcinatione comburendum & ſoluendum, idque toties, donec tota fere gemmarum ſubſtantia diſſoluta ſit.*

*3. Magiſterium.*

Præcipita ſolutionem dictam cum Ol. 🜖. p.d. vel Spir. ⊖i.

N. *Fiunt quoque Magiſteria gemmarum, ſoluendo eas in ſpiritu 🜕, vel Salis Naturæ, & præcipitãdo cum Ol. 🜖i. Vide Quercet. in Pharmac. reſt. cap. 24. & 26.*

*4. Oleum gemmarum ſeu liquor.*

Sal Gemmarum optime ſolutionibus ac coagulationibus purificatum reponitur in cellam ſupra marmoream tabulam, vt liqueſcat.

N. *Felicius fit menſibus Iulio & Auguſto, Croll.*

*5. Tinctura ſeu Eſſentia: Sal gemmarum exaltatum.*

Liquori ſiue Oleo (Magiſterióue) gemmarum affunditur 🜈 alcoliſatus. F. Extractio ſ.a. ſeparatur ſolutio, abſtrahitúrque menſtruum ad formam vſque craſſiorem: Hartm. *Quercet. in Pharmac. reſt. c. 24.*

*6. Oleum per deſtillationem: Eſſentia elaboratior.*

A liquore gemmarum euoca 🜈 cumque recentis 🜈 atque 🜊 terebinthinatiana deſtilla denuo per retortam: poſt euocatum mẽſtruum prodèunt ſales in forma Olei *Hartman. in Croll. ſect. de liquoribus gemmarum.*

*7. Extractum Gemmarum, cryſtalli & lapidum S. Cloſs.*

℞. pulu. impalpabilem cuiuſcumque gemmæ, lapid. aut cryſtalli, tere cum tantundem ⊖ mar. decrepit. & reuerbera vaſe tecto in furno figuli per 24. horas materiam reſolue in aqu. font. calidâ, agita aquam fortiter & quod ſolutum erit, effunde per inclinationem in vas aliud vitreatum, ita viciſſim procede aliam aq. calidam affundendo & decantando, donec calix in fundo reſtet inſolubilis

lubilis, quæ nouæ remixtioni & reuerberationi erit ſubmittenda. Decantatas a. aquas reſidere permitte, & ſepara à limo ſubſidente in illas proiice guttatim ♀ vt lacteſcant, filtra per chartam, craſſamentum illi adhærens ſepara, & limo ſuperiori permiſce, idemque de nouo age præcipitando colando, dum nullum amplius limum dederit. Omnes has viſcoſas ſubſtantias in vnum iunctas per ablutiones plures à ſalſedine vindica, iiſque 🜊 affunde, digere donec dulceſcat 🜊 abſtrahe ad ſiccitatem, reſtabit ſal griſeum, è quo Tincturam trahes cum 🜄 opt. eóque reuocato per deſtillationem apparebit ſapa ſiue Syrupus Lapid. aut gemmæ diſſolutæ vlterius in Eſſentiam (ſi velis) prouehendus.

*8 Syrupus.*

Fit dicto modo ex ſolutione & Sacharo. Vide Syr. corall.

Et hæc de Lapidibus in genere, ſequuntur iam Gemmæ.

---

## Cap. V.

### *De Gemmis.*

*I. Chryſolithos.*

Chryſolithos (*veterum*) Topaſius (*Gemmariorum modernorum*) eſt gemma aurei coloris. German. *Chryſolith.*

Duo ipſius ſunt genera, Orientalis & Europeus; ille vt colore, ita duritie Europeum ſuperat: hic enim inſtar Chryſtalli mollis eſt, & cum aureo colore vel multum vel parum nigricat.

Inueniuntur in Bohemia paſſim.

Vires. *Naturæ ſolaris ex ſignatura iudicatur. Proinde creditur timores nocturnos & melancholiam minuere, intellectum confortare, moleſtiſque inſomnis aduerſari, (ſiniſtro ſc. brachio allegatus, aut collo ſuſpenſus, auróque incluſus) alij commendant eius aſſumptionem ad morbum comitialem.*

*II. Granatus.*

Granatus eſt Gemma pellucida, ex flauedine rubens, ignis inſtar miniique natiui vel factitij colorem ferè referens. Germ. *Granat,*

N. *Sunt diuerſa genera Gemmarum quæ colorem ignis æmulantur, adeóque ſub Carbunculis, (quo nomine à Carbonibus ſumpto, Gemmas illas in genere vocant,) comprehenditur verbi g. Granatus, Hyacinthus, Rubinus, &c. Hinc ſunt; qui Granatum faciunt Rubinum colore obſcuriore, expoſitus enim luci aut ſoli, carbonis imaginem oſtendit dilucidius quã ipſemet Rubinus.*

Sunt Granati alij (vel aliæ) Orientales, alij Occidentales. Orientales, vt meliores ita & precioſiores, proinde prouinciam officinalem ſolis Occidentalibus linquunt. Hi ſunt tùm Hiſpanici, tùm Bohemici, tùm Sileſiaci, E quibus Bohemici reliquos antecellunt.

Vires. *Exiccant, corroborant, medentur cordis palpitationi, melancholiæ reſiſtunt & veneno, ſpuitionem ſanguinis ſiſtunt, ♀m in corpore reſoluunt, collo ſuſpenſi iiſdem virtutibus vulgo celebrantur.*

Præparata.

1. *Granatus præparat. Fit l. com.*
2. *Magiſterium.*

Igniuntur Granati & in Spir. [illegible] aliquoties extinguuntur, donec ſoluantur. Soluti, oleo 🜿 in, lactis cremorem coagulantur, atque 🜄 calida dulcorati poſtmodum vſui adhibentur.

N. 1. *Fieri quoque inde poſſunt & aliæ præparatorum formulæ ad modum generaliter datum.*

N. 2. *Sulphur granatorum Bohemicorum deſcribit Agric. tomo 2. p. 261.*

*III. Hyacinthus.*

Hyacynthus eſt Gemma pellucida, ex flauedine rubens, igniſque flammas imitans. Gem. *Hiacinth.*

Sunt alij (vel aliæ) Orientales, alij Europei. Hi inueniuntur ad Iſeram fluuium, in confinibus Sileſiæ & Bohemię, ſuntque Orientalibus ignobiliores: Quoad colorem, referunt alij colorem [illegible] natiui, aut ſanguinis admodum bi[illegible]: & hi ſunt præſtantiſſimi: alij rubedine Croci flaueſcunt, alij exactè oſtendunt ſuccini colorem, & hi viliores: alij albi pellucidi ſuccini colorem referunt; & hi omnium viliſſimi habentur.

Vires. *Vim habet cor corroborandi, & à peſte tuendi: Singulare quoque eſt ſpecificum contra ſpaſmum & contracturas. Amuletum quoque antipeſtiferum habetur collo appenſus, aut annulo incluſus Quercet. in Ph. Reſt. cap. 26. B. de B.*

PRÆPARATA

1. *Hyacinthus præparat.*
2. *Sal & Magiſterium.*

N. *Hartm. in Pract. Calcinat cum æqua parte 🜍 viui (mineræ adhuc coniuncti, non magdaleones redacti, (in ✠ bulo forti, cum operculo tecto, (non lutato) 🜄 circulari: 1. lento. 2. fortiori, tandem 3. fortiſſimo, donec 🜍 omne exhalet, nec amplius 🜍 is odorem ſpiret. Hinc cluit optime & denuo cum ana. ⦶ calcinat 🜂 circulari, donec in maſſam abeat in 🜄. metalli inſtar rubeſcentem. Hinc iniicitur in 🜂 m calidam, eluiturque optimè donec non amplius ⦶ ſapiat. Huic pulueri affundit ✕ terebinthinatum, ſoluitque ſc. a. donec hyacinthi ſint ſoluti relictis exiguis fecibus in fundo. Solutionem filtratam exhalare permittit ad ſiccitatem pulueremque optime edulcoratum exhibet, (⊖ hyacinthi) aut cum Oleo 🜿 i præcipitat (Magiſterium.)*

*Doſis ℈ß. vel ℈j.*

*IV. Lapis Nephriticus.*

Lapis Nephriticus eſt lapis opacus, variegatus, ex colore viridi, aliiſque permiſtus. Germ. *Grieſtein.*

*Raro hic Lapis in ſe duos colores habet, ſemper que viriditatem refert; alius ſcil. viriditatem ex albedine, alius viriditatem ſubflauam, interdum ſubcæruleam; plerumque ex viridi albo, flauo, cæruleo nigróue colore mixtio eſt, Poliri exactè non poteſt, ſemper enim ipſius ſuperficies pinguis apparet, quaſi Oleo inuncta eſſet.*

Adfertur ex noua Hiſpania. In nonnullis etiam Hiſpaniæ locis, & in Bohemia reperitur. Tanta inuenitur mole, vt pocula inde fieri poſſint. Quin imò fructum hic Francofruti conſpicere licuit, vltra libras 50. pendens.

Vires. *Commendatur aduerſus nephritidis aut ſtomachi dolores, ſed eius præcipua laus eſt ad nephriticos dolores, calculúmque, & arenulas expellendas. Meditur his affectibus brachio, vel coxendici alligatus, aut de collo ſuſpenſus, Cuius rei gratia armillas inde factas geſtare ſolent.*

*V. Rubinus.*

Rubinus eſt Gemma diaphana rutilans, rubénſque, (exigua portiuncula eſt cærulei coloris) ac limam reſpuens.

ſpuens. Græcè Ἄνθραξ. Arabicè Iacut. Latinè Carbunculus, κατ' ἐξοχήν. Germ. *Rubin.*

N. *Rubedo ipſius eſt inſtar ſanguinis, laccæ indicæ aut coloris coccei Kermeſin.*

Nobiliores rubini in Inſula Zeilan naſcuntur, alij *(aliæ)* qui minores in Coria, *Calecut,* Cambaia, & Biſnagar. *Optimi in flumine* Pegu. Exploratur bonitas ore & lingua, Nā frigidiores & duriores, meliores reputantur. Naſcuntur in lapidea matrice roſei coloris, primumque candicant, deinde paulatim matureſcentes ruborem contrahunt. Hinc albi immaturi. Naſcuntur plerunque in eadem fodina, vbi Saphiri repeRiuntur.

Vires. *Tradunt rubinum geſtatum, vel ebibitum venenis reſiſtere, ac à peſte præſeruare, triſtitiam arcere, libidinem coërcere, malas cogitationes, & terrentia ſomnia auertere, animum exhilarare, corpus incolume conſeruare, ac ſi homini infortunia inſtent, ea maturatione coloris in obſcuriorem ſignificare, iiſque prateritis iterum priſtinum colorem recuperare.*

PRÆPARATA.

*Rubinus præparat. more communi.*

*VI. Sapphirus.*

Sapphirus eſt Gemma cæruleo colore, pellucida & diaphana, German *Sapphir.*

Sunt aliquæ colore cærulæo albidæ, aliæ cæruleo ſaturo: hæ mares, illæ fœmellæ appellantur, aliæ omni colore carent, albæque vocantur.

Orientales inueniuntur in Calecut, Cananor, Biſnagar, Zeilan, & præſtantiſſimæ in regno Pegu.

Occidentales, variis in locis reperiuntur, Confinia Bohemiæ, & Sileſiæ ſatis præſtantes ferunt. Præſtantiores tamen ſunt Orientales.

N. *Color igne facile aufertur.*

Vires. *Eſt frigida & ſicca, adſtringens, conſolidans, alexipharmaca, cordialis, ophtalmica. Proinde oculorum humiditates exiccat, inflammationem arcet & extinguit (in collyriis adhibita, aut butyro loto excepta, palpebriſque oblinita ſuperioribus.) valet ad omnia alui profluuia, dyſenteriam, fluxum hepaticum, hæmorrhoidum ſanguiniſque reiectiones. (aſſumpta cum ▽ plantag. tormentill. &c.) Vlcera interna & vulnera ſanat, cor corroborat, & lætificat, peſti omnique veneno, febribúſque malignis, aduerſatur: cardiacos ac melancholios affectus quóſuis lenit, tollitque; (intus exhibita.) Integra Sapphirus fronti adhibita, hæmorrhagiam ſiſtit, ac inflammationibus applicata eas extinguit. In orbiculum redacta piſi magnitudine ac perpolita oculis impoſita, pulueres, culices, & quiquid in oculum deciderit, aufert, oculos à variolis & morbis tutatur, &c.*

PRÆPARATA.

1. *Sapphirus præp. fit modo comm. læuigando, cum ▽ cordiali.*
2. *Sal.*
3. *Liquor ſeu oleum.*

N. 1. ℞. *Sapphirum duplo pondere 🜍is commixtam calcina, calcem ▽ a ſtillatitia ſæpius ablue, rurſúſque exicca. Poſtea ſpiritu Vini perfunde ac macera, tùm rurſus exicca, quodque in fundo remanet, iterum calcina, deſtillaqee toties, donec iu Vino liqueſcat, niuis inſtar, tandem abſtrahe, & prouenit ſal, quod in loco humido in liquorem ſoluitur. Boët. de B.*

N. 2. *Alij ſoluunt Sapphiri pollinem in 🜊 & ſucco limonum, ſolutionémque cum alio cordiali exhibent mixtam.*

*4. Eſſentia ſeu Tinctura.*

Calcinatur Sapphirus bis, ac poſtea oleo ⊖ i ſoluitur; abſtracto dein oleo ⊖ i. eum ∇ Eſſentia extraxitur B. de B.

*VII. Sardius Lapis.*

Sarda, Sardius Lapis eſt Gemma ſemiperſpicua, loturæ carnis ſeu carni ſanguinolentæ ſimilis, vnde & Carneolus, vel corruptè Corneolus vocatur, Germanicè *Carneol*.

Non omnes vniusmodi inueniuntur coloris, alij enim ſunt rubri, alij exigua ſanguinis rubedine tincti, alij ſubflaueſcentes ex rubedine.

Laudatiſſimus Carneolus in Sardiña inuenitur, hinc in Epiro & Ægypto, ſed Babylonius cæteris præfertur. Indici & Arabici etiam non contemnendi, vt nec Europei. Nam in Bohemia, Sileſia, aliisque Regionibus præſtantes inueniuntur.

Vires. *Puluis ad omnem ſanguinis fluxum propinatur. Geſtatus fertur animum exhilarare, timorem pellere, audaciam præſtare, faſcinationes prohibere, ac corpus contra venena quæuis tueri. Imprimis autem ſanguinem vndecumque fluentem peculiari proprietate ſiſtere: ventr que alligatus partum conſeruare.*

PRÆPARAT.

*Sardius præparat, modo communi.*

*VIII. Smaragdus.*

Smaragdus eſt Gemma pellucida & diaphana, grato ſuo virore pulcherrima, omnium gemmatum fragillima. *Arabice* Zamarrut, nonnullis Praſinus, *Germanice Smaragd*.

Sunt alij (aliæ) Orientales, alij Occidentales.

Orientales, vti ſunt virore amœniſſimi, ita præſtantiſſimi,

Occidentales ſunt, tùm Peruuiani, tùm Europæi. Hi reperiuntur in Cypro, Britannia, aliiſque in locis, ſed reliquis ſunt ignobiliores,

Vires. *Omnem alui ſanguiniſque fluxum, & præcipue dyſſenteriam ebibitus ſiſtit, nec refert vtrum à mordaci humore, à veneno ortum ea habuerit: venenatis item morſibus, peſti, febribus peſtilentibus medetur.*

*Doſis gran. 6. 8. 10.*

*Inter amuleta præcipuè commendatur ad Epilepſiam, partum accelerat, (alligatus coxæ) eundem retinet, (impoſitus ventri) Hæmorrhagiam ſiſtit, (ore conditus) dyſenterias omnes, ac hæmorrhoidum fluxum indubitatò compeſcit, (ventri adhibitus, teſte Cuainerio.) Timores ac Terriculamenta arcere fugareque ac hemitriteam febrem tollere, creditur, (è collo pendulus,) &c.*

N. *Frangi Smar. in coitu quandoque experimento comprehenſum dicunt. Card.*

PRÆPARAT.

*1. Smaragdus præparat.*

*2. Sal. & Tinctura Smaragdi.*

Smaragdus pulueriſatus, ac per linteum traiicitur, hinc ſuperfunditur Spirit. Vrinæ, qui aliquid phlegmatis adiunctum habet, vt colorem extrahat; ſpiritu dein iterum deſtillatione abſtracto, in fundo remañet Extractum (ſal) gryſeum, è quo tandem (citra edulcorationem) vi ∇ extrahitur color ſeu Tinctura ſumine viridis: abſtrahe igitur ad aliqualem conſiſtentiam & ſerua.

*Doſis gran. 10.*

*B. de Hartm. in Practic. de Dyſent. Tenzel. in Exegeſi ſua ſua, Finck. in Enchirid.*

Vires. *Dyſenteriæ & fluxibus aliis quibuſcumque mirificè prodeſt, nec mi-*

*mus*

*nus vtilis eſt in cordis & capitis affectibus, Palpitatione, Melancholia, Paraphrenitide, Syncope, &c.*

N. 1 *Vrinæ quicquid poteſt, vi ſui ſalis facit: hinc non errabis, ſi ▽ ſtillatitiam conuenientem ⊖ vrinæ acuatam loco menſtrui adhibueris. Imprimis quoque, quia vrina ſimpliciter deſtillata, niſi ſale ſuo acuata ſit, laborem irritum facile reddere poteſt.*

N. 2. *Tinctura hæc nihil aliud eſſe videtur, quam Elixyr, conſtans partim ex Smaragdi ſubſtantia, partim quoque ex ſale Vrinæ, partim ſubſtantiæ commixto.*

---

## CAP. VI.

### *De Corallis.*

LApidibus precioſis ſubiungimus Corallia & Margaritas, vtpote quę non modo ſubſtantiâ & viribus, ſed & præparationibus, & inde reſultantibus præparatis Gemmis adſimilantur.

Corallium eſt frutex ſub aqua marina generatus, Græcè κοράλλιον & λιθόδενδρον. Arabicè Baſſad, Mergen ſiue Morgian, Beſd. Latinè, Corrallium, Coralium, Corallum. Germ. *Corallen.*

N. *Corallia generari ex ſucco lapideſcente certum eſt: vtrum autem ſuccus ille per ſe in fruticem lapideum prorumpat; vel amplius ligneum ſuſcipiat figuram ſubindéque in lapideum vergat; vel denique in plantam (emortuam) ſub marina aqua repertam, penetret, tranſmutet, adeoque huius figuram retineat, dubium. Dubitandi occaſionem præbet, quod frutices Coralliorum dentur, qui ex parte ligni adhuc referunt ſubſtantiam, partim Coralliorum. Nos poſthabitis eiuſce farinæ dubitationibus, qualis præter hanc, & illa eſt, quam habent de fructibus Coralliorum granulatis, quos alij negant, alij perhibent: Item de induratione, quam alij fieri ſtatuunt, ſimulac Coralli frutex extra aquas eſſe incipit, alij etiam in ipſa ▽ Corallia indurari volunt: vtpote quus parum eſt emolumenti, ignorare parum detrimenti, pergimus ad ea, quorum Medici intereſt, differentias ſcilicet, vires & præparationes.*

*Differentiæ.*

Corallij variæ ſunt ratione colorum differentiæ: aliud enim rubrum eſt, aliud nigrum, viride, ſubflauum, cinereum, fuſcum, alióue mixto colore ornatum. Cæteris omnibus præfertur rubrum minij natiui colore, quod maſculi nomen obtinet: & hoc recipiendum quoties ſimpliciter corallium præſcribitur ſine coloris mentione. Palleſcens fœminæ nomen habet. Huic ſuccedit corallium album: deinde nigrum, (Antipathes olim dictum.) Nam quod alio colore eſt, neque in vſum adhibetur, neque pro corallio vulgò habetur.

Rubrum, in India & Siene, teſte Plinio, reperitur, nunc in Mari Tyrrheno & Siculo paſſim inuenitur, Neapolimque adfertur, vbi politur. Hoc antequā rubeſcat, & quodammodo maturum fiat, videtur variis coloribus tingi. Nigrum reperitur in Gallicia Hiſpaniæ. Album reperitur rarò, ſolidumque eſt, & cauitatibus caret, quibus ſignis diſtinguitur à ſpecie quadam, Hiſpanis Polo dicta, quæ in Catalonia ab iis qui

corallium rubrum quærunt, inuenta pro corallio albo precio viliori diuenditur. Caret hoc cortice, creſcítque in fundo maris, non in ſaxis, vt rubrum corallium.

Vires. *Corallium omne exiccat, refrigerat, adſtringit, cor præcipuè, deinde ventriculum & iecur roborat, ſanguinem purificat, ac proinde peſti, venenis, febribúſque malignis aduerſatus, hilarem hominem efficit, (nigrum tamen Corallium homines melancholicos reddere perhibetur,) ſiſtit fluxus quoſcumque alui, vteri, penis, (Gonorrhæam, Epilepſiam infantum præcauet, (ſi recens nato ante omnium cibum in lacte materno gran. 10 exhibeantur.) Extrinſecus commendatur ad vlcera, quæ carne explet; ad cicatrices, quas extenuat; ad oculos quorum etiam lachrymas ſiſtit, viſúmque recreat in collyris.)*

*Doſis à ℈j. ad ʒ.j.*

*Rutilantia Corallia ex communicatione Paracelſi amuletum exhibent celebre contra terriculamenta, faſcinationes, incantationes, venena, Epilepſiam, Melancholiam, Dæmonum inſultus, fulmina. Album appenſum, vt pectus contingat, hæmorrhagiam ſiſtit mulierum.*

PRÆPARATIONES.

Operationes, quibus Corallia elaborantur, ſunt 1. *Præparatio.* 2. *Calcinatio.* 3. *Solutio.* 4. *Coagulatio.* 5. *Liquatio.* 6. *Sublimatio:*

*I. Præparatio.*

Præparatio nihil à regula communi diuerſum habet.

*II. Calcinatio.*

Calcinatio Coralliorum eſt vel Ignitionis, vel Corroſionis.

Calcinatio Ignitionis eſt tum mitior, tum violentior, tum reſtinctoria.

*Calcinatio mitior.*

Fit igne reuerberij, dando tamen calorem ſecundi gradus, ne tinctura ſeu color ipſorum ignis violentia exhalet. *Quercet. de præparat. Medic. Spagyric.*

*Ignitio violentior.*

℞. Corall. integror. q. v. calcina △ reuerberij primum lento, vt ſaltem viua flamma corallia in furno reuerberij poſita, ſuperficie tenus lambat. Corallia hoc modo, primo gradu albeſcentia, tamdiu △ gradatim aucto fatiganda ſunt, donec ex albedine in flauedinem, ex flauedine in rubedinem ſummam reducantur, corpore toto reddito ſpongioſo ac leui, id quod plerumque biduo vel triduo abſoluitur.

Sic Corallia facta ſunt habilia ad deponendam in 🜈 tincturam. *Hart. in Croll. Sen. inſt.*

N. *Si* ⊖ *Coralliorum propriè ſic dictum deſideras, vehementi vſtione eadem in cinerem redige, moréque ſolito, lixiuium inde faciendo, ſalem elexiuiando extrahe.*

*Calcinatio Ignitionis extinctoriæ.*

℞. Corall. groſſe trit. candeſcant in igne, extinguantúrque multoties in 🜊 vt ſoluantur. Filtra dein abſtraheque 🜊 & conſequeris ſal corallorum per deliq. reſolubile. *Med. deſtill. part. 1.*

*Calcinatio Corroſionis.*

*1. Cum* 🜕.

℞. Coralliòr. tritor. atque 🜕 ana crema, vt duodecim horis fuſa, liquoris modo fluant: vel combure ad conſumptionem 🜕i, deinde duas horas candentia in igne conſiſtant. *Keſl. 1. cap.* 8.

*Aliter.*

℞. Corall. ſubtiliter trit. ac 🜕 ana M. iniice per vices in retortam tubulatam

latam candefactam cum Excipulo appoſito. Tubulum ab iniectione ſtatim obtura,& cum penitus materia iniecta fuerit,continuo △ e hor. 18. corallia probe calcina.

*Hæc adſcribitur Harmanno, vnde Tincturam feciſſe dicitur.*

2 *Cum* 🜍 *re.*

℞.Corall.trit.p.iij. 🜍 p.1.(alij an.) calcina △ circulari per hor. 2. Poſtea ignita adhuc infunde in ✕ (ad corall. ℥j. ✕.℔. 1.) vas mox operculo claudendo. Hinc digere per ♂ 14.abſtrahe,&c. *Sennert.Inſtit.*

3. *Cum pumice.*

℞.Corallia groſſe contuſa F. cum pumice vſto S.S.S.cementáque in vaſe clauſo,reuerberij,ſpatio ♂ ♀ 3. Quo opere finito pumex, relicto corpore albo, coralliorum tincturam imbibiſſe creditur. *Gans de Corall. verùm impugnat idipſum Temzel, in exegeſi p. m,512.*

*III. Solutio.*

Liquores,quorum beneficio corallia ſolui poſſunt, varij occurrunt. Præcipui tamen ſunt ✕ commune & radicatum: ſuccus,berber.Melon. citri.ros maialis,(ſpiritus eiuſdem cum ſuo ⊖ acuatus:) liquor betulæ: ſpiritus mellis, terebinthinæ, ligni guaiaci, buxi, iuniperi, quercus, ſummitatum alni, ſorbi ſylueſtris,ſpir. ⊖,ſpir. 🜖, ſpir. 🜿,vt & ▽ iiſdem acuatus,ſpir.corallior.ardens;Phlegma ♄i,&c.

Quinimò corallia cum 🜍 e calcinata,ſimplex ſoluit ▽.

*Modus ſoluendi* nihil peculiare habet: Nimirum corallia in liquoris ſ.q. ſoluuntur ſ.a. donec penitus ferè ſoluta ſint.

Purificatio & Edulcoratio ſalis & Magiſterij fit plerumque ▽ deſtill. vel ſi placet,adhibere poteris rorem maialem è tritico collectum & deſtillatum, aut aquam aliquam cordialem: *coagulantur* dein vel liquoris abſtractione,(tùm deſtillatoriâ,tum Euaporatoriâ) vel præcipitatione.

Præcipitatio perficitur inſtillatione Ol. 🜿 .p.d.ſpir. 🜖 i,vel ▽ .deſtillatæ.vel.Ol. 🜍 .p.

*Reliquæ operationes ex ſequentibus facilè innoteſcent.*

PRÆPARATA.

*I.Corallia præparata.*

Fiunt cum ▽ cordiali(roſarum(l.a.

N. *In vſu ſunt præparata rubea ac alba.*

*II. Puluis Corallorum* 🜖 *latus.*

♃ corall.rubr.præp.℥ij.Ponantur in cucurb. affundendo aq.roſ. ℥vj. ♌ 🜖 li ℥ij.Statimq; ebullient & eleuabuntur in bullas,quibus ceſſantibus reponatur vas in MB per horas aliquot, effundatur aq. per inclinationem, quæ erit inſipida,in fundo reperies calcem albam cum acore aſtrictorio, ſed acrimoniâ carentem.

*III.Sal Corallorum.*

Fit ex rubr.corall. 1.Vſitatiùs per ✕ vt moris: vide ſupra.

2.Per ſuccum berber.&limon.*Quercetan.in Pharmacop.reſt.*

N.*Nonnulli* ℞.*Succi limonum expreſſi & depurati* ℔ij. *liquoris betulæ menſe Aprili collecti* ℔viij.*coquunt ad caſum* ℔vij.*cui denuo addendo ſucci Limon.* ℔.1.*deſtillant aliquoties rectificando,In hoc ſoluunt corallia,perlas,& ſimil. ſolutionémque propinant. Hartm.in Croll. de perlis.*

3 Per ſpiritum ſeu liquorem acidum Guaiaci. Sic purgat optime ſanguinem in lue venerea. *Hartmann.in pract.*

4. Per

4. Per ſpiritum 🜖i.

5. ſpiritum ⊖is.

N. 1. *Solutiones cum ſpiri. 🜖 i aut ⊖is factas, ſi citra menſtrui ſeparationē in vſum vocare volueris, circula aliquamdiu & magnam acrimoniæ partem amittent, præcipue ſi quoque 🜈m affuderis.*

Vires. *Ex ſuperioribus repete.*

*Doſis à gran. 6. ad 20.*

N. 2. *Paracelſus calcinat primo corallia leuiter in reuerberio cum 🜕 ana: hinc ſoluit degerendo cum 🜈. Poſtea 🜈 abſtrahit, ſalque relictum per deliquium ſoluit. idque vocat Magiſterium, libr. 6. archid.*

*VII. Sal duce corallorum.*

Calcinentur per biduum in furno figuli ad albedinem ſummam, ſoluantur in 🜊 ſequenti loco tepido per octiduum, Rubeſcet ſolutio, menſtruum abſtrahe lento 🜂 ad ſiccitatem vſque ſal hoc reſolue pluries in Rore maiali, filtra & coagula, tandem ſiccatiſſimum & albiſſimum ſalem detine per 3. ſeptim. in 🝪 calidis, vt maiorem acredinis ſuæ partem deponat.

*N. 🜊 pro hac ſolutione bis aut ter cohobandum eſt ſuper herbam Kali, ita minus ſit mordax & tamen non minus corallorum, vt & perlarum ſolutiuum.*

*V. Magiſterium.*

1. *Magiſterium Officinarum.*

Inſtilletur in ſolutionem corall. (cum 🜊 factam) Ol. 🜿 per d. præcipitatus puluis edulcoretur 🜄a deſtillata.

N. *Alij præcipitant cum ſpir. 🜖 i.*

Vires. *Vt Magiſterium à ſale non differt ſubſtantia: ita nec viribus, nec doſi.*

2. *Magiſterium butyraceum.*

Solue corallia in ſpiritu magico, (id eſt, ſpiritu roris maialis, vel quod idem in 🜊) præcipita cum Ol. 🜍 per C. præcipitatum edulcora ac digere aliquamdiu cum 🜈 i, quo iterum abſtracto habes magiſterium in ore inſtar butyri liqueſcens.

Huc referri poteſt & Galreda Coralliorum. ℞. Corall. præparat. & ✶ Fiat deſtillatio ex ∴ ſic aſcendit Sal, romanebitque in fundo maſſa inſtar Galredæ.

3. *Magiſterium plumaceum.*

Solue ſ. a. corall. in ſpiritu non dephlegmato, deſtillato ex ⊙is & ☉ ana ℔j. formatis ſc. cum argillæ ℔ij. vel iij. in globulos, videlicet vel per vices iniiciendo corallia in ſpiritum vel ècontra corallis ſpiritum eundem per vices ſuperfundendo: decanta ſolutionem, filtra, [affundendo, vt eo commodius filtrari poſſit, 🜄 deſtillatam roſatam, ſi placet:] præcipita cum Ol. 🜍 p. C. vel ſpirit. 🜖 i edulcora 🜄 cordiali & exicca.

N. 1. *Cum corallia velut aſcendere deſinunt, menſtruum debilitari incipit, ſubſiſte igitur & inſpiſſa aliquantulum.*

N. 2. *Menſtruum ſuperius ſi tandem igne fortiſſimo fatigaueris, aſcendit materia ſalina rubeſcens.*

*Aliter.*

Solue ſ. a. corall. in ſpir. ⊖. filtraque [affundendo 🜄 pluu. deſtillatam,] hinc præcipita cum Ol. 🜍 p. C. edulcora & exicca.

N. *Hoc modo in magiſteria præſtantia redigi poſſunt & perlæ, oſſa, cornua, (e. gr. C. C.) vngulæ. nec non cruſtacea.*

En candide Chymiæ cultor inſignes plumaceorum magiſteriorum proproceſſus gratis tecum communico, magni aliàs emptos, quos cum plurimis aliis ex communicatione obtinui Viri ſolertiſſimi Dn. Iohannis Salzvvedelij

vvedellij Pharmacopœi apud Menofrā-cofurtenſes celeberrimi.

N. *Querc.ſoluit in.ſpirit. ſalis Naturæ Pharm.reſt.c.24.*

*VI.Oleum ſeu liquor corallorum.*

N.*Oleum Corallorum propriè oleum non eſt,ſed liquor,vel per deliquium factus,vel per deſtillationem prolectus, de priori hic agimus, de poſteriori paulò poſt in ſpiritu.*

*Fit liquor ex Sale.*

℞.Sal corallorum repone, vt liqueſcat per deliquium.

N.1.*Liqueſcit felicius menſibus Iulio & Auguſto.*

N. 2. *Liqueſcit promptius,ſi ſolutio aliquamdiu( 🝯 14.) digeratur,(vt rubeſcat) ac deiu(🜊 abſtracto) optime dulcorata, defecata & purgata fuerit, (ſolutionibus ac coagulationibus iteratis vt moris) imò ſi vlterius cum 🜈i circuletur. Verum hoc Oleum appellandum eſt potius Eſſentia, de qua vide Cunrad. Kunrath, in Medull. deſtill. p.1. p.215. 218.*

N. 3. *Alij ℞.Corall.trit.℔ij.Lapid. prunell.℔ß.vel ℔.1.calcinant fundendo 🝮 3. materiam illam tritam ponunt in cellam ad liqueſcendum.*

*Doſis gran. v.*

Vires. *Præter vires corallorum ſupra deſcriptas confert & in calculo.*

*Doſis à gran.4.ad 15.*

N. *Vide & ſolutionem Corallorum, c.15.in Bezoard.☉ compoſ.*

*VII. Eſſentia ſeu Tinctura Corallorum.*

℞. Salem corallorum [purificatum optimè per iteratas ſolutiones ac coagulationes,vel magiſt.] volatiliſanimirum cum 🜈 digerendo,ac deſtillando, [vide volatiliſationem lapidum in genere.] Poſtea abſtrahe leni 🝫 calore 🜈m, ac remanet Eſſentia corallorum, quam ſi placet ex arena per retortam propelle.

*Vide Quercetan.in Pharmac. reſtit. c.24.*

N. 1. *Nihil intereſt vtrum ſal receperis per ✕ factum, vel per ſpirit. vel per ſpir.plogiſton ✕.*

N.2 *🜈t felicius eſſentiam corallorum ſecum der 🜈 transferet, ſi addideris aliquid camphoræ, e.g.ad 🜈i, menſur.1.camphor.℥ß.*

N.3.*Cunrad.Kunraht ,ſoluit & digerit.1.cum 🜊, quo iterum abſtracto, ſoluit & digerit 2. cum ∇.pluu.deſtillata* (NB.] *recentiſſima ,3. cum ſpir. Vini.*

Vires.*Vt præparatio Tincturarum operoſior eſt,quam ſalis ac magiſterij; ita & virtus earundem fortior.*

*Doſis, guttæ aliquot: vj. ad xv. & vltra.*

*2. Tinctura Baſilij.*

℞.Salis corall. (per ſpir.🜔 ) edulcoratiſſimi ℥vII. 🜍is ℥ß.mixta leniter comburantur,donec 🜍r conſumptum ſit: Poſtea contere tantillum camphoræ cum corallis, idque accenſo △e abſumes, hinc edulcora & extrahe tincturam l.a. cum 🜈, abſtrahe 🜈 ad conſiſtentiam Olei.

N. *Maniaci & Melancholici hac Tinctura curati ſunt, Dn.D.Gans.*

*3.Tinctura Quercetani.*

Extrahe tincturam ſ.a. ex coralliis calcinatis,(e. g. ignitione mitiori, )digerendo vaſe H.cl.cum menſtruo cœleſti, deſtillato ſcil. cum proprio ſuo ſaccharo,( id eſt, cum rore maiali,qui cum melle aëreo deſtillatus, ) ad eminentiam digitor. 8. affuſo, Menſtruo demū abſtracto,remanet Tinctura in fūdo.*Querc.lib.de præpar. Med. Spagyr.*

4. *Aliter.*

℞. Magiſter. Corall. extrahe cum △ re bezoardico ex re vegetabili prolecto. ( id eſt, cum 🜈 i rectificatiſſimo) in vaſe H.cl. ad ignem cinerum. Poſtea ſepara & in perfectam Tincturam decoque. *Quercet. Pharmacop. capite* 24.

5. *Tinctura Hartmanni* 1.

℞. Sal corall. (per 🜊 )purificatiſſimum, imprægna 🜊 tantiſper, donec nihil iſtius ſpiritus ampliusretinere velit. Sal ita imprægnatum digeratur, ( ♂ 20.) 🝫. Poſtea deſtilletur per Ret. Reuerberio clauſo vel Balneo ſicco, ita tamen, vt prius Phlegma inutile euaporet: Poſtea prodeuntes ſpiritus albicantes ſeorſum capaci recipiente excipiantur, continuando deſtillationem, donec omnes ſpiritus cum oleo rubro inſtar ſanguinis prodierint: ſeparetur ſpiritus (qui ardens inſtar 🜈) per Retortam ab oleo rubro, quod in Retorta manebit.

Hoc menſtruum (ſpiritus ſcilicet hic partim ab 🜊, partim à corallis productus) extrahit ex recentibus coralliis impoſitis tincturam rubicundiſſimam, quæ ſi rurſus ab hoc ſpiritu per deſtillationem liberata, & tandem cum 🜈, vel alia aliqua ∇ cordiali appropriata digeſta pérque cohobia volatilis facta fuerit, elegantiſſima euadit corallorum Tinctura, ſuauiſſimi ſaporis, fragantiſſimique odoris.

N. *Impragnatio illa fit hoc modo,*

℞. 🜔 *Corall.* ℔. 1. 🜊 *opt.* ℥ij. *deſtilla leniter vt extillet ſolum Phlegma inſipidum; ſecunda vice affunde* 🜊 ℥ij. *iterúmque deſtilla, atque ita perge ſingulis vicibus* 🜊 ℥j. *plus affundendo, donec tam acre* 🜊 *inde prodierit, perinde ac affuſum fuerit. Hart. in Croll.*

6. *Tinctura Hartmanni*, 2.

℞. Corall. calcinat. (ignitione violentiori,) q.p. iniice in 🜈, vel in alcohol. ſpiritus roris maialis, ac paulo poſt extrahitur tinctura, fecibus, (ſine vlla virtute) in fundo remanentibus: Tinctura hæc aliquantulum coagulata, fit rubicundiſſima, cum quadam dulcedine.

Vires. *Eſt tantarum virium, vt poſt eius vſum aliquoties repetitum, impoſſibile ſit, vllam impuritatem in ſanguine totius corpori, ſuperſtitem eſſe poſſe. Exhibetur in vehiculis conuenientibus, à gut. 3. ad* 10.

N. *Hæc ſane tinctura medico commendatiſſima eſſe debet, ob ſtupendas eius vires, vt qua cum ſpiritibus hominum magnam conuenientiam habeat. Hart. in Croll.*

7. *Alia Tinctura, per acetum Coralliorum.*

℞. Corall. contul. ℔ij. eliciatur per retortam acetum, id eſt, liquor acidulus, quo prolecto vrantur corallia vehementer, donec reddantur albiſſima: Exempta dein redigantur in puluerem, ex quo ſ.a. cum aceto illo, digeſtione leni, extrahe T. donec 🜊 nihil amplius ſoluere valeat, vniuerſiſque corallis diſſolutis, nihil præter terram inutilem remaneat. Decantatos liquores deſtilla in arena ad ſiccitatem, vt ſeparetur phlegma: Dein recipiente mutato, fac vt igne auctiori & ſpiritus ſublimis per 🜋 propellatur, qui diligenter colligendus. Tandem relictam puluerem album ſpiritu ⊕ penitus ſolue, eundem ſpiritum ⊕ igne forti abſtrahe; corallia relicta fortiſſimo igne vre, donec colorem ferè natiuum recipiant. His affuſus proprius ipſorum ſpiritus tincturam proiicere dicitur.

N. 🜊 *ex corall.* ℔ij *deſt. vix ſolutioni dicta*

*dicta ſufficiet.*

8. *Tinctura per ſpiritum coralliorum ardentem.*

℞. Corall. trit. q. v. extrahe tincturam ſ. a. digerendo cum ſpiritu corall. ardente, [vide infra,] adſtrahe menſtruum; atque extrahe denuo cum 🜄. *Gans.*

9. *Alia per ſpiritum ſeu 🜄 mellis.*

℞. Corall. cum ⊕ calcin. extrahe ſ. a. cum ſpiritu mellis, (vide de melle,) decanta & abſtrahe in [illegible], donec in fundo ſpiſſus relinquantur ſuccus, huic edulcorato, extrahe tincturam cum 🜄, habes Tincturam coralliorum veram. *Hartm. in Crell.*

*Doſis à gran. 4. ad 10. vel 12.*

10. *Alia per Aquam Temperatam.*

℞. Sal corall. (per ſpiritum 🜖 i) extrahe ſ. a. cum temperata, (ex 🜄 i & ſpirit. 🜖 i, vide l. 4. in Vino.) decanta filtra & abſtrahe.

11 *Alia per Phlegma ♄ i.*

℞. Corallia calcinata, ſuperfunde Phlegma ♄ i, cum ſpiritu acuto ♄ i, digeratur vaſe cl. & rubeſcet menſtruum: abſtrahe in 𝔅, affundéque 🜄, digereque denuò, ac pelle per retortam, ſic extillabit eſſentia corallorum rubicunda: abſtrahe 🜄 ad conſiſtentiam. *Ioh. Agricola.*

Vires. *Inſigne eſt cordiale, balſamúmque natiuum ſummè exaltat. Vſuſque præcipuus eſt in terrore infantum, Epilepſia, & ſimil.*

*Doſis gran. 3. 4. 5.*

N. *Eodem modo poſſunt ſolui corallia cruda, ſed tardius.*

12. *Tinctura corallorum Holſatica.*

1. Fiat tale Menſtruum: ℞. ♀ i crud. puluériſ. ℔ iv. phlegm. 🜖 i (ſpir. ſuo volatili adhuc grauidi) ℔. iij. 🜖 ung. ℔. 1. ſtent in digeſtione ♂ ρ (3). Dein deſtilla ex 🝪 pur gradus △ aperto, donec nihil amplius exeat. Rectifica optimè.

2 ℞. Corall. ſubtiliſſ. pulueriſ. q. v. Superfunde præcedens mēſtruum, miſceque diligenter. Stent in digeſtione, ſic rubeſcet ſaturatò. Filtra & abſtrahe ad ſiccitatem in arena, & remanet puluis rubeus. Ex hoc extrahe Tincturam per 🜄 temperat.

N. 1. *In præparatione 🜄 æ temperatæ vinoiteratis ſæpius rectificationibus peragenda eſt.*

N. 2. *In præparatione menſtrui prioris verum ♀ i ☿ r 🝪 bico adhæreſcere ſolet.*

N. 3. *Ex Colcothare elegans ♀ us 🜖 atus chryſtallinus parari poteſt.*

*Hæc habe lector ex communicatione viri celeberrimi Dn. D. Langelots, Chymiatri in aula illuſtriſſ. Holſatiæ digniſſimi, cui Tinctura hæc familiariſſima eſt, adhibétque in omnibus affectibus, ab impuritate ſanguinis ortis.*

13. *Per oleum citri.*

His iam addi poterit Tinctura per oleum citri, quod è corallis rubris, crudis etiam tincturam elicit. Huic ſi dempto oleo vehiculum aliud præbere poteris, tincturam coralliorum non contemnendam habebis.

14. *Tinctura Coralliorum S. Cloſſ.* [illegible]

Reſolue corallos in ſ. q. 🜈 ⊖ ſolutionem filtra & abſtrahe, 🜈 forti △ ita vt ♌ omnes ſeparentur à calce, cui affundes ✕ ex quercubus nouellis menſe Martio detruncatis, ad extrahendam Tincturam, quæ erit coloris hyacinthini, euoca menſtruum & remanebit puluis ſubtilis cui ſuperfundes 🜄 circulatum, digere, decanta, feces ſepara à tincto 🜄, quem iterum

 digeres,

digeres, vt nouas feces (ſi adſint) deponat ad fundum, tandem filtra & 🜈 ad medias abſtrahe. Parum habebis ſed magnarum virium aduerſus Contracturas.

Doſis ʒß. per ſe.

N. 1. *Poteſt etiam parari Tinctura modo Glauberiano cum ſale 🜿ri inſtar Tincturæ Silicum.*

N. 2. *Fit etiam ſublimando corallos cum ✳ & tincturam extrahendo cum 🜈, vt eſt in Myroth. Ioh. Fabri.*

*VIII. Flores.*

Flores coralliorum parantur ad modum, quo perlarum flores parari dicemus.

N. *Fieri quoque poſſunt flores corallorum ſublimatione cum ✳ inſtituta.*

*IX. Spiritus ſeu Oleum.*

1. *Spiritus corallorum ardens*, ſupra in quinta Tinctura Hartmanni deſcriptus eſt, videturq; compoſitũ quid eſſe ex 🜊 & corallis, ardereque ratione ſpiritus 🜊 vinoſi.

2. Oleum itidem d. l. deſcriptum eſt.

3. *Spiritus Corallatus, Spiritus terræ Corallatus.*

Fit ad modum quo perlatus ſpiritus cum terra ſigillata *Vide ibidem.*

4. *Oleum Corallorum ſuccinatum.*

℞. Corall. rubr. pulueriſat. ℔. 1. ſuccin. ℔. ſ. M. & deſtilla per retortam vel cucurbitam, ſic ſuccinum Tincturam corall. per XX attrahet, in forma coloris ſanguinei. In fundo vaſis reſiſtet puluis corallorum colore albus.

Vires. *Oleum illud valet in Epilepſia & Apoplexia.*

*Doſis gutt. 4. ad 8.*

N. *Huic ſimilis eſt modus quo Corallia ſale ſubdulci ſalita, pinguedineque aromatica ſaginata, deſtillationi ſubiiciuntur, atque ita tincturam ſuam dictis comitibus committunt, cum iiſdem per Retortam pelli aptam.*

*X. Syrupus Corallorum.*

℞. Corall. rubr. groſsè contuſ. q. v. ſolue in ſucco Berberorũ vel Limonum optimè depurato, coralliis ad eminentiam digitorum, 3. 4. 5. ſuperfuſo. Hinc,

℞. Succi illius Eſſentiâ corallina imprægnati part. ij. Sacchar. cand. (vel commun.) part. 1. coque ad conſiſtentiam.

N. 1. *Colorem dilutiorem ſi expetis, affuſa ▽ deſtillata conueniente, pro lubitu conciliare poteris.*

N. 2. *Poterit ſimiliter fieri ſolutio cum liquoribus acidis deſtillatis, Iuniperi ſcil. aut Guaiaci.*

N. 3. *Quercetanus monet ſolutionem inſtituere, 1. In vitro ſubere vel cera Hiſpanicâ occluſo, ne Eſſentia Corallina ſeparetur. 2. In 🝬.*

N. 4. *Si quid reſtiterit nondum ſolutum, huic recens ſuccus affunditur, donec pœnitus ſolutum fuerit.*

N. 5. *Similiter fieri poſſunt & Syrupi margaritarum & lapidum precioſorum.*

N. 6. *Artificium Quercetani ad concinnandum hunc Syrupum, nullum eſt aliud quàm euaporatio lentiſſima in 🝫 tepido ſolutorum corallorum in ſucco berb. adiectis ℥vj. ſacch. ad libras ſingulas ſolutionis, ita vt ſpatio horarum 10. non exhalet vltra ſpiſſitudinem thaleri aut macrocollonis denſioris, aliàs certo certius ſoluta corallia à menſtruo ſeparabuntur.*

*Syrupus Corallorum compoſitus D. Sam. Cl. & D. de Mayerne.*

℞. Corall. rubr. ſubtil. in mort. marm. læuigat. ℥iv.

Succi limon. deputat. ℥xii.

Aceti

Aceti quercin. ℥ß I.

Digerantur in B. per octiduum, quotidiè vas bis vel ter agitando deinde filtrentur per chartam

℞ ſolutionis colatæ ℥x.

Succi berber. depurat. ℥v.

Tinctur. roſ. ℥ iv.

Sacch. alb. ℔iß.

M. & mediante cocturâ blandâ in vaſe argenteo F. Syrupus, cui inter coquẽdum infundatur Nodulus continens.

Santal. citrin. ʒij.

Ligni aloës ʒ i.

Ambr. griſ. gr. xv.

Moſch. gr. vi.

*Doſis cochl. i. manè ac veſperi longè à paſtibus.*

Vires. *Ex viribus Coralliorum ſuprà allatis & ſucco Berberorum vires cenſendæ ſunt. Laudatur valde in Diarrhœa, Dyſenteria, fluxu hepatico, ad reſtaurationem facultatum naturalium, &c.*

*XI. Species Diacorall.*

*XII. Trochiſci Diacorall. Galen.*

*XIII. Troch. de Corall. Nicolai.*

---

## Cap. VII.

### *De Margaritis.*

Margaritæ, Perlæ, (Vniones, ſi magnæ, ſint) ſunt Lapides rotundi, conchis nõnullis ex perittomate eodem quo teſtæ generantur, producti. Arab. Lulu, Germ. *Perlen.*

Duplices cenſentur, Orientales & Occidentales: Illę ſplendidiores ſunt, adeoque cæteris præferuntur, & præſertim Perſicæ. Hæ lacteſcunt, minúſque ſunt ſplendidæ. Inueniuntur etiam in Europæ locis multis, vt in Scotia, Sileſia, Bohemia, Friſia, locíſque maritimis aliis, ſed vilioris eæ ſunt notæ. Maiores itidem & quæ perforatæ ſunt, cenſentur minoribus, & non perforatis maturiores & præſtantiores.

Vires. *Cordiale præbent nobiliſſimum, quo balſamus vitæ oppreſſus; viréſque exolutæ inſigniter recreantur ac confortantur, proinde venenis, peſti & putredini reſiſtunt, animum exhilarãt. Et huius rei gratia in tantum aſcenderunt honorem, vt vel agonizantium extrema recreatio communiter inde expetatur.*

Præparata.

Perlarum præparationes iiſdem fiunt operationibus, quibus corallia, calcinatione autem ignitionis haut indigent. Super vacanea igitur illarum extincto in 🜄 vitæ ardentiſſima, quam vult Quercetanus in Pharmac. reſt. c. 26.

Solutio Perlarum iiſdem perfici poteſt liquoribus quibus coralliorum.

Purificatio quoque & Edulcoratio nihil à coralliorum purificatione peculiare habent.

Præcipitatio, iiſdem cedit liquoribus, quibus coralliorum præcipitatio.

Hinc

*I. Præparatæ Perlæ.*

Præparantur more vulgari, ſuper porphyrio lapide læuigando, ſubindeque 🜄 cordialem, (verbi gratia, roſarum, meliſſæ, & ſimil. (aſpergendo.

*II. Sal Perlarum.*

Fit vt in corallis dictum: Soluendo perlas, vel [quod vſitatius] in aceto, vel in ſucco Berber. & Limon, &c. ſolu-

cionem filtratam ad remanentiam ſalis inſpiſſando, inpiſſatámque ablutione, vt dictum, vel ſolutione iterata purificando ac dulcorando.

N. 1 *Nam opus habent tritura, quippe vel integræ atque citra digeſtionem* ⚹ *obediunt.*

N. 2. *Solutionem in ſucco Limonum ac Betulæ Deſtill. vide Corallis.*

N. 3. *Fit quoque Sal Corallorum, in quouis liquore diſſolubile, beneficio ſucci citrei mali, digeſtione depurati, Nimirum perlæ & ſi placet contuſæ, in eodem illo ſucco ad eminentiam 4. digitorum affuſo, digeſtione interueniente ſoluuntur, ſolutioni affunditur ros maialis deſtillatus, vel* ▽ *Meliſſæ, decantaturque ſolutio: hinc affunditur nouus ſuccus citri depuratus, digeritur, affunditúrque iterum ros deſtillat. vel* ▽ *Meliſſ. atque decantatur, &c. Et hic labor toties repetitur, donec perlæ penè totæ ſolutæ ſint, relictis perpaucis fecibus. Demum ſolutio lento igne inſpiſſatur, ad remanentiam pulueris.*

*Doſis à gran. 6. ad* ℈ß. *Ex aqua roris maialis cum manna deſtillata, vel ex aq. Cinam. cum* ▽ *roſ. &c. Hartman in practic.*

N. *Paracelſus, Sali perlarum, vt & reliquis inde paratis maximas vires attribuit. Proceſſus, inquit, harum etſi ſimplices, tamen, crede experto, mirifica operatio ipſarum (perlarum) eſt, Non tamen fit per artem hæc virtutum actio, ſed in natura ipſarum eſt, quæ in groſſa ſubſtantia occultatur, & non poteſt operari, ſicut mortuum corpus, ſed reſolutione factâ, viuificatur corpus eius, lib. 6. archid.*

*Huic finitimum eſt.*

*Sal ſiue Magiſterium Perlarum Riuerij.*

℞. Perlar. ſubtiliſſ. tritar. q. v. impaſta cum ſucco citri vel aurant. & relinque aliquamdiu. Poſtea ſolue cum 🜊 ſ. a. donec perlæ ex toto ferè fuerint ſolutæ. Collectum acetum miſce cum tertia parte ▽ fluuialis, deſtilla in arena igne primum lento, dein fortiori. Deſtillatum reaffunde capiti mortuo reſtitanti, & denuo ſolue, poſtea filtra, euaporáque admodum lentè, & raſes erit perlarum Magiſterium.

Vires. *Præter vires ſupra allatas ſummum eſt præſeruatiuum Arthritidis.*

*Doſis* ℈j *ad ſummum. Hartman. in pract.*

*III. Magiſterium Perlarum.*

1. *Commune* fit ſoluendo cum 🜊 & præcipitando cum ol. ♀.

2. *Butyraceum* eodem modo fieri poteſt, quo Magiſter. butyraceum corallorum.

3. *Plumaceorum* præparatio itidem ex corallis repetenda.

Vires. *Vires ex viribus perlarum deſcriptis facilè colligi poſſunt.*

*Doſis à gran. 6. ad* 15.

*IV. Oleum ſeu liquor Perlarum.*

Fit per deliquium: modum: ex ſuperioribus repete.

*V. Eſſentia, Tinctura, Arcanum Perlarum.*

℞. Perlas q. v. ſolue cum ⚹ & para ſal: ſal ita paratum iteratis in 🜊 ſolutionibus ac coagulationibus [ reiectis ſemper fecibus, purifica, donec nullæ amplius feces ab vltimis ſolutionibus reſtiterint, atque adeo ipſæ perlæ ab omni immunditie liberatæ ſint. Hinc ſolue cum ▽ pluuiali, vel rore maiali, deſtillandóque abſtrahe humiditatem, ídque toties repete, donec interueniente deſtillatione perlæ ſint edulcoratæ,

[id.

[id quod oſtendit aquæ poſtremo deſtillatæ dulcedo.] Hoc ſal ita defecatum, digere vaſe clauſo in MB, ) δ ♀ 8. vel 10.) cum 🜈i rectificatiſſ. ad eminentiam 2. digit. affuſo. Sic Perlæ cum tempore Eſſentiam ſuam inſtar olei ſpiſſi ad ſuperficiem 🜈i remittent, quam caute laborem repete, quoties viſum fuerit. Conuertitur enim totum ferè ſal, *relictis* pauciſſimis feculis, in Eſſētiam. *Hanc* de nouo cum 🜈 aliquandiu circula, poſtea leni deſtillatione MB. 🜈i ſepara & ſerua.

N. *Eadem perlarum Eſſentia cum* 🜈. *per Retortam, vel per* MB. *ſeu reuerberatorium ſiccum, inſtitutis cohobiis tādem omnis tranſit.*

Vires: *De vſu conſtat ex viribus margarioarum, fortiſſimarum autem virium eſt propter ſummam ſubtilitatem.*

*Doſis à gran. 6. ad 14. Hartman. in Croll.*

*Arcanum per ſpiritum Guaiaci.*

℞. Perlar. ſubtiliſſ. trit. q. v extrahe ſ. a. tincturam rubicundiſſimam cum ſpiritu Guaiaci rectificato, reſidem puluerem calcina leniter, atque extrahe iterum bis aut ter cum nouo ſpiritu Guaiaci. Poſtremo calcina fortius, atque iterum extrahe. Extracta coagula in 🜈 ad apparētiam cuticulæ verſicoloris, quippe quæ ſignum eſt abſtracto phlegmate, ſolum arcanum ſeu Eſſentiam perlarum cum ſpiritu Guaiaci, in forma coagulata reſtare.

N. 1. *Hæc Eſſentia ac ſpiritus vix à ſe inuicem ſeparari poterunt.*

N. 2. *Eadem Eſſentia ſeu Arcanum perlarum, cum ∇ meliſſæ, & ſimilibus q. ſ. ſubito ſoluitur, inque rubentem pellucidum colorem vertitur ſaporis elegantis.*

Vires. *Optime ſanguinem mundificat, magnarúmque virium eſt in lue venerea.*

*Doſis à gutt. 6. ad 14. Hartman. in Croll.*

*Alia Tinctura.*

Perlar. ℥ß. ſpir. 🜔is q. ſ. ſolue ſ. a. decanta; abſtrahe, vt fiat pulticula, quam elue v ſtillat. Circula cum 🜈 ſeptimanas 6: tandem 🜈 abſtrahe, leni ME. calore. *Libau. in Syntagmata.*

*V. Flores Perlarum.*

Soluuntur perlæ cum X, ſolutio digeritur aliquandiu (per menſem) dein abſtrahitur X, & tandem fortiori igne eleuantur flores. *Libau. in Syntagm. lib. 2. c. 25.*

N. 1. *Sublimari poſſunt quoque Margaritæ & Corallia beneficio* ✱.

N. 2. *Flores perlarum per ſolutionem in* ᔕu ƕni *deſcribit Hartm. in Croll. p. 474.*

*VI. Spiritus perlatus, ſeu ſpiritus terræ perlatus.*

℞. Sal. vel Magiſterij perlarum ℥vi. Terræ ſigillatæ ℔j. M. ac imbibe cum ſ. q. olei perlarum, & fac globulos, quos exiccatos, deſtilla per retortam, vti deſtillatur ſpirit. 🜔is. Rectifica & ſerua pro vſu.

Vires. *Summum eſt ſecretum in Prodagra.*

N. *Eodem modo fieri poteſt & ſpiritus Corallatus.*

## CAP. VIII.

*De Lapidibus minus preciosis : qui ſunt,*

### I. ÆTITES.

ÆTites Lapis eſt veluti prægnans cum quatitur, alio in vtero ſonáter huius genera pro diuerſitate ſuperficiei. (ſcabræ, ſcil. vel læuis,) colorum, tum materiæ inibi contentæ ; conſtituuntur quatuor.

1. Eſt exterius ſcabrum colore vario. plerumque nigricante: continet in ſe lapidem Collimum dictum.

2. Cinerei coloris eſt, ac in ſe argillam vel margam continet.

3. Terram in ſe concludit.

4. Præter hos addit Plinius : Taphuſium nomine , qui noſtratibus incognitus.

N. 1. *Dicitur lapis Aquilæ, quod in aquilæ nido reperiatur, ad promouendum partum, ab aquila eò deportatus. Gem. Adlerſtein, Klapperſtein.*

N. 2. *Primus Orientalis eſt, raróque pruni magnitudinem ſuperat.*

*Secundus & tertius etiam in Germania reperiuntur, pugnique magnitudinem ſæpe æquant.*

Vires. *Partum promouet, ſi fœmoribus alligetur, ſin brachio , eundem retinet : obſeruare autem expedit, ſtatim à partu eſſe remouendum, ne vterum ad ſe trahat.*

### II. ALABASTRITES.

Alabaſtrites, ἀλαβαστρίτης. Alabaſtrum, Onyx, lapis candidus notiſſimúſque eſt, Germ. *Alabaſterſtein.*

Species ſtatui poteſt Marmoris , verùm accuratè penſitatus, ipſo mollior eſt, proinde Marmor incoctum & imperfectum, ſi ita vis, appellare poteris. Hic ſi ita mollis ſit, vt cultro ſcindi poſſit, gypſum rectius dixeris, eſt id lapidis, è quo varia torno finguntur vaſa.

Vſus *rarioris Officinis eſt, nec ingreditur vſualia, niſi ſolum vnguentum alabaſtrinum.*

Vires. *Combuſtus reſina aut pice exceptus durities diſcutit, ſtomachi dolores cum cerato leuat, gingiuas comprimit, Dioſcorid.*

### III. AMIANTHVS.

Amianthus (*ἀσβεστὸς*) alumen plumoſum, eſt lapis, alumini ſciſſili nó abſimilis, adeò vt nonnullis inter ſe confundantur, Germanic. *Federvveiſz, Steinflachs,*) quippe ſunt, qui telas ex eo conficere norunt, ) *Steindacht*, quòd elychnia ex eodem fiant incombuſtilia.

Differt ab alumine ſciſſili , quod hoc combuſtile ſit, ſaporíſque adſtringentis, illud non item.

Vires *Veneficiis reſiſtere creditur omnibus, præcipue tamen venificarum. Præterea abſtergit, ſcabiem ſanat; ſi cum ∇ vitæ & ſaccharo ſoluatur , mixturaque eius egigua portio quotidie mane detur album fluxum mulieris mox tri ſanatum aiunt.*

#### PRÆPARAT.

Præparata Officinalia , quæ amianthus ingrediatur; præter vnguentum citrinum, nulla ſunt. Commendant tamen nonnulli ſupra modum Linimentum ad tineam puerorum, & ad vlcera

tibiarum,

ſibiarum,quod vide lib.2.

## IV. LAPIS ARMENVS.

Lapis armenus eſt lapis maculis viridibus,cæruleis & ſubnigris relucens, ſicut lapis lazuli punctis aureis, adeóque non differunt inter ſe,niſi ſola maturitate,vterque enim in vnis iiſdémque ſcaptenſulis reperitur. Lazuli tamē lapis *ceu maturior*,crebrius inuenitur *in fodinis* aureis ; armenus in argenteis.

Dicitur lapis armenus ſeu armenis λίθ☉ ἀρμένιος quod olim ex Armenia ſolum ad nos translatus ſit,hodie tamē & in Germania prducitur,verbi gratia, in Comitatu Tyrolenſi ſub nomine Melochites.Dicitur Arabicè Hager ſeu Hagiar , Germanicè *Armenierſtein, Berglauu.*

N. *Præfertur colorato cæruleus.*

Vires. *Deſiccat mediocriter, extergit cum leuicula acrimonia & leuiſſima adſtrictione. Internè propinatus purgat ſine noxa humorē Melancholicū,* ἄνω κ̀ κάτω. *Verum ſi multoties,( 12. aliis 50.)lotus fuerit,purgat ſolùm per inferiora. Hinc conducit in Mania, Melancholia, Epilepſia,& ſimilib.*

*Doſis in ſubſtantia* ℥j. *ad* ℈iv. *Extrinſecus miſcetur Medicamentis ocularibus,vti & Pſilothris palpebrarum.*

PRÆPARATA.

1. *Lapis* creberrimè *lotus* , quem præparatum vocant.

2. *Pilulæ* de l.armeno,*vide Diſp.*

3. *Magiſterium* fit l.commun. Lapis calcinatur per fl. 🜍is , hinc ſoluitur calcinatus in aceto fortiſſimo alcaliſato aut mellito. *Querc.Ph.reſtit.*

N. *Mallem equidem lotum adhibere lapidem, vel ſolutionem cum* 🜈 *perſicere,quippe vis purgatrix acciditate infringi apta eſt.*

## V. LAPIS CALCARIVS.

Lapis Calcarius,eſt lapis ille gryſeus , ex quo violentia ignis conficitur calx muraria,Germanicè *Kalchſtein.*

Officinalis non eſt, niſi in PRÆPARATIS,quæ ſunt.

1. *Calx* viua , Græcè ἄσϐεστος. Arabicè Herach,Nure,Nura.

Vires. *Eſt ignea,mordax , adurens, cúmque progreſſu temporis cruſtam gignens.*

2. *Calx lota* , (è qua ſal optime ſ.a. elixiuiatum.)Exiccat ſine mordacitate, adeóque valet ad contumacia vlcera, (verbi gratia,venerea,) vti & ad ambuſta, & alia quæ , non facilè curationem admittunt.

3. *Lixiuium.* quod conducit ad vulnera putrida eluenda. Quin imò ex eodem fit ∇ opthalmica inſignis, quam vide lib.2.

4. *Spiritus.* ℞. 🝁 q. v. læuiga minutiſſimè,imbibéque cum 🜈i alcoliſato, (qui ab omni Phlegmate purus ſit,aliàs incaſſum laboratur,) quantum ſcil. imbibere illa poteſt,non ad eminentiam) abſtrahe 🜈 leniſſ. 🝫 calore,cum cohibiis(8.vel.10. repetitis) ſic fortificatur vis ignea 🝁.

℞. Huius 🝁 læuigatæ,℥x.
🜔 🜿i puriſſ.
♀ 🜖i probè prius igniti ℥xi.

Miſc. ac deſtilla ex Retorta lutata, infra medietatem repleta , in excipula duo quorum vnum ( in quo ſit parum 🜈 rectificatiſſ. ) deſtinatum ſit ſuſcipiēdo ſpiritui,adeóque capacius,alterū (quod vacuum)extillanti phlegmati.

Excipulum prius connexum ſit cum canali ex alterius illius excipuli collo deducto poſterius ſit collocatum,vt phlegma rectà delabi poſſit. Accenſo igne ſtillat primum phlegma, quod de-

labitur in excipulum vacuum; dein auctiori igne prodit ſpiritus albicans, qui per canalem in alterum illud excipulum ad 🜈 rectà tendit, eique ſeſe commiſcet, vt ſeparari ab inuicem difficulter poſſint.

Rectifica aliquoties, & ſepara leniſſ. calore 🜈 in phiola, vel accende 🜈 qui efflagrabit remanente ſpiritu ♆ in fundo.

N. 1. *Niſi ♆ initio cum 🜈, ad modum dictum fuerit impragnatâ, adeoque exaltata, incaſſum laborabitur, quippe deſtuit in excipulum minus, vique phlegmatis commixti nullius euadit valoris.*

N. 2. *Spir. primo flauus eſt, rerum leniter in cin. rectificatus, clareſcit.*

Vires. *Summum eſt arcanum in atterendo radicitúſque pellendo calculo, cuiuſcúmque ſpeciei, aut loci. Confert & Podagricis.*

*In vſu Pharmapœtico ſoluit Chryſtallos, oculos ♋, lapideſque duriſſimos. Keſl. l. 1. c. 80. ſpiritus minerales volatiles figit. Baſil. in rep. L. P.*

N. *Alij miſcent ♆ cum biſmutho, ac deſtillant ex 6 in receptacululum capaciſſ. aliquod (ſex) menſuris ∇æ adimpletum.*

5. *Hinc ſpiritus ♆ alcaliſatus.*

℞ Sal ♆, ſolue in ſpitu ♆, ac forma globulos cum argilla, vel miſce cum puluere laterum deſtilláque per retortam.

## VI. LAPIS CALAMINARIS.

Cadmia lapidoſa, cadmia metalli expers, eſt lapis foſſilis, ſubflauus, non admodum durus, luteum dum accenditur fumum eructans, Germanicè *Galmey Galmeyſtein.*

Reperitur ſæpius in metallorum fodinis.

Vires. *Siccat leniter extergit, adſtringit, vlcera carne replet, cicatricem inducit. Adhibetur ſolum externe, creberrimóque vſu infantum excorticationibus exciccationis ergo inſpergitur.*

N. *Vtuntur eo & ærarij ad conficiendum aurichalcum, cuprum enim pallere facit.*

### PRÆPARATA.

1. *Lap. Calamin præparatus.*

2. *Emplaſtr. è lapide calaminari, vulgo Zeltemflaſter, Auguſt.*

3. *Empl. Gryſeum de lapide calaminari. Auguſt.*

*Vires cum lapide calaminari communes habet.*

4. *Magiſterium lapid. Calaminar.*

*S. Cloſſ.*

Soluitur in part. x. Ωus ⊖, deinde præcipitatur puluis rubeus cum Ol. 🜖 more vulgari & dulcoratur ſæpius aq. calidâ.

*Euocant per vomitum & ſucceſſum, mitius quàm ♁ præparatum.*

## VII. CALCVLVS HVMANVS.

Calculus humanus eſt, qui in hominum corpore generatur, hoc etſi variis accidat in locis, tamen maximè in renibus & veſica, è qua eximitur ſæpe lapis, lapidi Bezoar figurâ non adſimilis. *Dicitur & Ludus.*

Vires. *Summe valet ad tartarum in omnibus corporis partibus, imò ad calculos etiam grandiores reſoluendos, expellendos, adeóque ab obſtructiones inde ortas reſerandas.*

### PRÆPARAT.

1. *Sal Ludi cryſtallinum.*

Ludus cum carbone calcinatus ebulliat in ∇ feruente: quod indiſſolutum manet, calcinetur iterum ebulliátque, idque toties repetitis vicibus, do-

nec

nec ludus penitus ſit ſolutus. Solutiones filtratas coagula, & habebis Sal.

Hoc Sal quia ſulphure ſcatet impuro, denuo cum carbonibus (anat.) calcinatum ſolue vt prius, filtráque: hinc per euaporationnem coagula, vel ſi lubet aliquot ſolutionibus & coagulationibus purificatum atque in cryſtallos redactum, ſerua.

*N. Kerlerus ſolutum adhibet* 🜕 *, l. 4. c. 26.*

*Calcinatio.*

Calculum puluériſatum primo leniter 🜄 circulari, poſtea reuerberij per gradus, calcina, donec planè videatur in calcem abiiſſe.

Vel miſce ludum cum duplo carbonum, (præcipue fraginorum,) 🜨 tubuloque tegula operto in fornace figulina calcina hor. 24. *Hartmam. in pract. Sennert. Inſtitut.*

*Aliter.*

Ludum calcina hor. (6.) cum 🜔 extrahe 🜔 cum 🜅. Vini ſpiritum iterum abſtrahe, remanétque ſal in fundo.

*2. Oleum ſ. Liquor* 🜔 *is p. d.*

*3. Elixyr ac Eſſentia.*

Elixyr ac Eſſentia Sudi ex 🜔 parari poſſunt admodum, qui in genere de lapidibus deſcriptus eſt. Videlicet interueniente volatiliſatione cum 🜅, cum quo 🜔 illud optime calcinatum digeritur, pérque 🝪 tot cohobiis deſtillatur, donec penitus 🜔 cum 🜅 tranſierit. Sic habes Elixyr, à quo ſi 🜅m in MB leni ſeparaueris, Eſſentiam in fundo reperies.

*Doſis huius Eſſentiæ gran. 5. 6. ad 12. ſingulis diebus in liquore conuenienti. Hartm. in pract. Senn. Inſt.*

VIII. CRYSTALLVS.

Cryſtallus, lapis tranſparens eſt, aquam in glaciem congelatam, omnino referens. Dicitur Cryſtallus à κρύος id eſt gelu, & στέλλω id eſt contraho, Germ. *Criſtall.*

N. *Gemman, ſi vocare libet, licet mo- modo omnium moliſſimam dixeris, vel à ſimilitudine coloris, qua gemmas colorata Cryſtallus refert, pſeudo-gemmam verbi gratia, pſeudo-berillum, pſeudo-topaſium, pſeudo-ſaphirum, pſeudo-ſmaragdum; quæ veris gemmis molliores ſunt, Sic & Iris vocata gemma à calore quem fronti applicata exhibet, Cryſtalli ſpecies eſt.*

*Inuenitur variis in locis, etiam in Germania, Bohemia, Vngaria, Cypro & Luſitania, & nonnunquam in agris.*

*Delectus.*

Quanquam coloratæ minimè negligendæ ſint, ac precipuè pſeudoadamas, quæ aliis nobilior, attamen in præparationibus Chymicis recipitur Cryſtallus propriè ſic dicta, quæ eligenda eſt puriſſima, pellucidiſſima, ac eximiè intenſa.

Vires. *Facultatis eſt adſtrictoriæ, adeóque confert dyſenteriæ, diarrhææ, cœliacæ, choleræ, fluxui vterino: præbet lactis abundantiam, atterit calculum totius corporis, hinc prodeſt & podagricis.*

*Si pulueris* ℈ij. *vel* ʒj. *pondere cum* 🜊 *amygdal. dulcium exhibetur, curat eos qui* ☿*m hauſerunt. Boët de Boodt. Matthiol.*

N. *Sunt qui Cryſtallum radiis ſolaribus obiiciunt, hiſque concentratis cutem inurunt loco cauterij.*

PRÆPARATA.

*1. Preparata, in ſpecie ſic dicta.*

Fit leg. commun.

*2. Sal Cryſtallorum.*

Cryſtallus calcinata ſoluitur in 🜕 vulgari, vel Terebinthinato, ſ. a.

 ſolutio-

ſolutio filtratur, abſtrahitúrque ad ſiccitatem. Materia remanens, 🜔, Chryſtallorum, purificatur vt moris.

N. 1. *Alij calcinant Chryſtallos primo cum 🜍re, dein cum 🜕. Alij è contra priorem calcinationem cum 🜕 peragant, poſteriorem cum 🜍re. Alij alterutra ſaltem calcinatione Chryſtallum ſolubilem reddunt. [Exempli gr. Quercetanus & Boëtius de Boodt, cum 🜍re.] Quidam præmittunt ignitionem, vel ſimplicem, vel reſtinctoriam. Quæ diuerſitas neminem moueat, modo Chryſtallus ſolubilis fiat. Vide Notas de Calcinatione Lapidum in genere.*

N. 2. *Calcinatio vera cryſtalli extat in Nuiſemant, de l'eſprit de l'vnivers. p. 140. Ex hac calce elicitur Sal nephriticum per ebullitionem in aqu. vrtic. maior. fortificata ſuo proprio ſale & ℥ij ſpiritus ſalis marini.*

N. 3. *Si Salis huius vſum ſine mora expetieris. ℞. Chryſtallos groſſè contuſ. candefac ac extingue in 🜄. Raphani. Ononid. Petroſelin. & ſimil, acuata ſpir. 🜖 i, vel ꝏ 🜍 is, idque multoties (decies repetatur: filtraturæ ſi libet adde ſacchari q. pl. ac habes 🜄 ononidis, & ſimil. Cryſtalliſatam. Boëtius de Boodt.*

N. 4. *Alij loco 🜊 adhibent 🜄 deſtillatam Vrticæ minoris, Boëtius de Boodt.*

N. 5. *Neque confertim, neque continuò Sal Cryſtalli exhibere licet, præſertim vbi Natura languidior extiterit. Hartm. in Croll.*

*Doſis Salis à gran. 6 ad. 16.*

3. *Magiſterium Chryſtalli.*

Solutioni [cum 🜄 vrtic. factæ, &c.] inſtilla 🜔 fuſi aliquid & præcipitabitur, decanta, elue, exicca.

4. *Oleum ſeu Liquor Chryſtallorum.*

Soluitur Sal Chryſtallorum per deliquium, vt moris. *Sennert. Inſtitut. libr. 5. part. 3. ſ. 3. cap. 6. Medull. deſtillat.*

*Doſis gran. xv. ad xx.*

5. *Elixyr Chriſtalli.*

Fit volatiliſatione Salis Chryſtallorum. Nimirum.

℞. Salis Chryſtall. optimè [iteratis ſolutionibus ac coagulationibus] purificati, q. v. digere in fimo equino, vel eius vicario MB, cum 🜈, vel cum 🜄 vrticę, [vel potiùs cum 🜈 ſupra vrticam deſtillato,] ☍ 14. Dein deſtilla per cucurbitam humilem, retortamuè, ſic menſtruum ſecum aliquid 🜔 transferet, remanenti materiæ affunde recens menſtruum; idque toties, donec 🜔 ferè totum aſcenderit. Serua pro vſu.

*Boëtius de Boodt, Beguin.*

6. *Eſſentia Chryſtalli.*

Deſtilla Eliyxr. Chryſtalli & abſtrahe menſtruum lento MB calore, ad conſiſtentiam mellis, vel ſi placet inſpiſſa.

N. *Keslerus Elyxir Cryſtallorum parat hoc modo.*

1. *Cryſtallos calcinat ignitione reſtinctoria in 🜊.*

2. *Calcem hanc comburit cum, 🜿, horis duodecim.*

3. *Huius maſſæ ℥iv. affundit 🜊 ℥x. digerit ☍ 2. vel. 3. in MB abſtrahit ad ſiccitatem 🜊 remanentiam reſoluit per deliquium, oleumque rubrum ſeorſim colligit, (neglecto albo quod à 🜕) rubrum illud digerit ☍ 3. cum vino, fecéſque ſubſidentes reiicit. Claram ſolutionem cum liquore, e. gr. cum exhibet, idque quotidie ter. Kesler. lib. 3. cent. 44.*

7. *Cremor Cryſtalli.*

℞ Cryſtall. in Arcool redacti, 🜔 ♀ri defæcati ana ℥ij. calcinetur in furno Anem, vel in fornace figulinâ, in teſtâ

ſtâ vitreâ cum operculo foramine pertuſo,donec vaſa figuli perfecta ſint,poſtea in aqu. Vrtic. minor. proiiciantur,& omnia ſoluentur in aquam luci-diſſimam viridis coloris, ſi quid pulueris in fundo manet,abiiciatur, liquori vero prædicto immitte parum ⊖ fuſi pulueriſati, vbi puluis fundum petet.

*Cuius edulcorati doſis erit à ℈ß. ad ℈j.vel ſolitariè,vel cum cremore ♀.In hydrope & calculo commendatur. Habuit S.Cl.ex commun.D.Gregor.Horſtij fel.memor.*

*IX. Hæmatites.*

Λίθος αἱματίτης. Lapis eſt, vel terra duriuſcula,ſanguinem colore æmulans. Arabicè Scedenigi.Germ.*Blutſtein.*

N. 1. *Lapis Hæmatitis noſtratibus Officinis vſitatus,differt à veterum hæmatite.*

N. 2. *Interdum niger eſt,interdum flauus,interdum ferri colorem habet.*

Reperitur Lapis Hæmatites Officinarum in variis Germanicæ locis. Sæpè inter rubricas & ferri fodinas, quales propè Ioachimicam vallem Bohemiæ,item circa Breslam, aliquando ex Oſtracite naſcitur,vt propè Hildesheimium contingit.Excoquitur in ferrum lapis hic, adeóque ferri materia exiſtit. Fit etiam hæmatites ex magnete vſto.

Optimus habetur friabilis, ſaturato colore niger,qui per ſe durus eſt & æqualis nulla ſorde admiſta,aut ſepto intermedio,habétque cinnabari ſimilem colorem, ſed ſaturatiorem; loci natalis ratione,Hiſpanicus præſtat.

Vires. *Refrigerat,exiccat, adſtringit, glutinat,adeóque conuenit vlceribus oculorum & pulmonum,oculis lacrymantibus,ſanguinis expuitioni medetur,profluuia,v.gr.hæmorrhagiam vteri,alui, &c. compeſcit.*

*Detur pollen internè à ℈j. ad ℈iv. Externè modis variis adhiberi poteſt.*

PRÆPARATA.

Hæmatites præparatus fit leg.c.cum ▽ adſtringente, verbi gratia, Plantaginis vel Tormentillæ.

N. 1. *Hæmatites per 6 exhibet ſpir,odore ac ſapore ſpiritum ⊕i æmulantem.*

N. 2. *Hæmat.cum ✳ti ♎us puluerem præbet inſigniter diaphoreticum, coloris aurei valde iucundum.*

N. 3. *Pollen.cum aqu. diaphoretica maximo cum fructu podagricis exhibetur.*

*Ex communicatione Clariſs.Dn. D. Langelots.*

*X. Lapis Iudaicus.*

Lapis Iudaicus oliuæ ſpecie ſubrotundus,tener & friabilis eſt,ſtriis ſecundum longitudinem diſcurrentibus & æquidiſtantibus, ac ſi arte( torno) factæ eſſent, colore eſt albo & ſubcinereo.

Reperitur in Iudæa,vnde Ἰουδαϊκὸς dicitur,hinc & in Sileſia.

Dicitur Aetio Lapis Syriacus, aliis Phenicites,Tecolithos. Arabicè Hager alieudi,ſed Agiar aliheud. Germanicè *Iudenſtein.*

Aliqui ſexum diſtingunt, minoréſque fœminas vocatas,ad veſicæ lapidem commendant. maiores maſculos , inter quos aliqui ſunt longiores minimi digiti quantitate, ad renum lapidem expellendum.

Vires. *Medetur difficultati vrinæ, calculos veſicæ,præcipuéque renum rũpit. (tritus exhibitus.)*

PRÆPARATA.

1. *Præparatus fit lege c.*
2. *Sal.&*
3. *Magiſterium.*

Calcina cum 🜍re,ſoluéque in ✗

 mellito

mellito, vel ſpirit. ⊖, hinc abſtrahe, habes ſal, vel præcipita cum Ol. 🜖i, habes magiſterium, edulcorando.

*Doſis gran. aliquot. Quercetan. P. reſtituit. cap. 26.*

4. *Oleum ſeu Liquor*: fit per deliquium.

N. *Oleum lapid. Iudaici, Lyncis &c. per deliquium reperies in Ciſtâ med. p. 112.*

### *XI. Lapis Lazuli*

Lapis Lazuli, eſt lapis opacus Saphiri colore, aut florum Cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus, armenio durior.

Dicitur λίθος κυανός Lapis cæruleus. Arabicè Hager. Azul.

N. *Ex hoc fit color ille cyaneus, quem vltramarinum vocant; aſurum verò ex lapide armenio, vel cyano germanico faciunt.*

Genere tantum duo ſunt, fixus, id eſt, colorem in igne non mutans, qui ferè ex Oriente affertur, & non fixus, qui in Germania reperitur, ac vulgò *Laſurſtein* vocatur, vnde color dictus *Aſurblau.*

Vires. *Viribus conuenit cum lapide armenio, ſed imbecillius eas exercet. Purgandi facultate prædictus eſt, præcipuè contra Melancholicos omnes affectus, quartanam, apoplexiam, morbum comitialem, lienis vitia, alióſque complures, à melancholico ſucco originem ducentes.*

*Doſis ℨj. in polline ſubtiliſſimo.*

N. *Pro amuleto etiam de collo geſtatur, vt puerorum terriculamenta arceat, oculorum aciem roboret, ſyncopem & prægnantium abortum præcaueat. Verum partu appropinquante, ne fœtum retineat, auferendus eſt. Boëtius de Boodt.*

PRÆPARAT.

1. *Lapis* multoties, (in 🜂) *lotus* quem præparatum dicunt. Lauatur autem vt acrimonia, víſque exurendi lotura auferatur.

2. *Magiſterium.*

Fit Spir. ⊖is.

N. *Quercetanus Ph. R. calcinat cum 🜍e, & ſoluit cum 🜊 Vini optimo; hinc præcipitat cum Ol. 🜖i.*

*Doſis ℈j. &c.*

3. *Elixyr.*

Calcinatur Lapis Lazuli in fornace laterum, deinde Aq. vitæ ſoluitur calcinatus.

*Fiorouantus hac ſolutione multos morbos & febres malignas ſe curaſſe ſcribit, & vlcera etiam peſſima in optimum ſtatum ad miraculum vſque redegiſſe.*

4. *Oleum ſeu liquor*, qui illitus dolores podagricos, inflammationéſque leuat.

5. *Eſſentia ſ. extractum.*

℞. Lapis Lazuli q. pl. igniatur 6. vel 7. extinguatúrque in 🜈, tandem in puluerem redigatur. & cum 🜄 meliſſæ ipſius recrementa terrea eluantur, (*abſchleichen*) redigantur in puluerem tenuiſſimum, & cum 🜈, digerantur in calore ſeptim. 3. vel. 4. dein abſtrahatur 🜈, & remanentiam ſerua.

*Doſis à ℈ß. ad ℈j. Hartm. in pract.*

*Cryſtalli purgantes Lap. Lazuli.*

Calcinetur forti 🜂 donec albeſcat, teratur in marmore, bulliat in ſ. q. 🜋 per v. aut vi. horas. Decantatum 🜊 iniiciatur in vas fictile non vitreatum ſtrictique orificij, 5. aut 6. vnciarum capax, os teſtæ cerâ occludatur, reponatur in cellâ, & tranſudabit lanugo cryſtallina intra paucos 🝱. vaſique teſtaceo

ſtaceo adhærebit, hanc collige, aliam expecta, &c.

*Dicitur hoc Sal ſiue flos Lapidis Lazuli acuere panchymagogi vel aliorum Extractorum vires, ſi illis permiſceatur.*

*XII. Lapis Lyncis.*

Lapis Lyncis, Bellemnites, ἀπὸ τῦ βελέμνου, à ſagitta, cuius effigiem refert ſeu *dactylus Ideus*, à figura dactyli & *Idamante* Cretæ Inſulæ, vbi inuenitur,) eſt lapis teres, pyramidalis, ſub variis coloribus repertus. German. *Albſchoſs, Schoſtein, Lachsſtein, Tappenſtein*, (ſi niger ſit.)

Inueniuntur albi nigri, cinerei, pellucidi, falerni inſtar. Et hic forſan eſt quem veteres LINCVRIVM appellarunt, quem ſuccini ſpeciem fecerunt, ob colorem quo ſuccinum refert, quemque ex vrina Lyncis, ſimulac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur.

N. *Vetus hic lapis graue olet, & ne vſtus quidem odorem deponit.*

Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Boruſſia, Pomerania, Epiſcopatu Hildeſienſi, Heluetia, Ducatu VVürtembergenſi, (Gôppingæ)

Vires. *Adhibetur ad calculos frangendos, non aliter quam lapis Iudaicus, Curat vulnera. Putatur etiam ad pleuritidem, (quia mucronem habet,) valere.*

N. *Putant lapidem hunc potum contra Ephialtis ſuppreſſiones, noctiſque ludibria valere, ac faſcinationibus ſuccurrere.*

*XIII. Magnes.*

Magnes eſt lapis, qui ferrum vel alium magnetem ad ſe trahit, ac plagas mundi oſtendit. Græcè λίθος μαγνῆτις. L. Heracleus, Ἡράκλειος. Lat. Herculeus, ſideritis. ſ. magnethis, Germanicè *Magnetſtein*.

Reperitur circa ferrifodinas in diuerſis locis Germaniæ, Nouergię, Sueciæ, Italiæ.

*Delectus.*

Vegetior plerumque cæteris eſſe ſolet, qui ferri colorem habet.

Vires. *Vires habet hæmatitis, teſte Galeno, adeóque adſtringit, ſanguinémque ſiſtit. (vſtus) craſſos & melancholicos humores educit, ſed vſus eſt rarioris.*

PRÆPARATA.

*Vnguentum Magneticum*, ſeu *Sympathicum*, vide libr. 2.

N. 1. *Sunt qui ex magnete vſto & cera Emplaſtrum conficiunt, idque ſumme ad podagricos dolores leniendos commendant.*

N. 2. *Corroboratio magnetis inſtitui poteſt, ſi cum* ♆ △ *mediocri cerementetur, ac poſtmodum in ſolutione vel oleo* ♂ *extinguatur.*

*XIV. Marmor & Ophites.*

Marmor lapis eſt inſigniter durus ac ad ſplendorem ſuſcipiendum, ſi poliatur, ita aptus, vt ſtatuæ vel columnæ egregiè nitentes inde ſculpi poſſint Græcè Μάρμαρος (à ſplendore) German. *Marmelſtein*.

Genera multa ſunt, cum nec certa illis figura, nec color certus ſit. Alia ſunt alba, v. gr. Alabaſtrites. Alia rubra, Alia nigra, vt Lydius Lapis. Alia variis coloribus, vt Porphyrites, Ophites, de quo hic,

Ophites eſt marmor inſtar porphyritæ duriſſimus, colore viridi ſaturato, dilutis eiuſdem coloris maculis quaſi aſperſus. Græcè, ὀφίτης: Latinè Serpentinus. Germanicè *Serpentinſtein*.

N. 1. *Boëtius de Boodt, cinereum quoque conſtituit Ophitem, eúmque duriſſimum, tum & nigriuſculis maculis aut punctulis*

*punctilis variegatum, & hunc mollitie alabaſtritæ:*

N. 2. *Veteres Ophitæ genera fecerunt. 1. Negricans durum. 2. Cinerum punctis diſtinctum. 3. Lineis quibusdam candidis interſtinctum, candidum molle. Hinc apparet veterum Ophiten à noſtrate eſſe diuerſum.*

Foditur noſter in locis variis, Italiæ & Germaniæ, verbi gratia in Miſnia, quod tamen ob mollitiem, rectius alabaſtris accenſetur, dicitúrque Zeblicium.

Vires *Vterum Ophitæ omnes alligati contra capitis dolores, & ſerpentum ictus (ex ſignatura) proſunt, teſte Dioſcoride. Qui Lineas habẽt, Lethargo & capitis doloribus auxiliari dicuntur, arceréque peſtem petechialem (ex ſignatura) Galeno lithontripticus eſt intro aſſumptus.*

N. *Ophitæ noſtrati multa vulgus tribuit, videlicet, poculum inde factum, ſi venenum ſuſceperit, id ſudore prodere. Conducere colicæ, pleuritidi, torminibus, ac ventriculo refrigerato, doloribus podagricis, nephriticis, ſi calfactus ophites loco affecto applicetur. Opitulari quartanis, tertianis, phthiſicis, hepaticis, ſi poculum quotidiano vſui deſtinetur.*

### *XV. Oſtiocolla.*

Oſtiocolla lapis eſt albo cinereóue colore, oſſiſque figuram æmulans. Dicitur lapis Oſſifragus. Lat. Sabuloſus, Oſtrites, Oſteolithus, Holoſteus, Morochtua Matthiolo. German. *Beinbauch, Bruchſtein, Beinvvell, VValſtein, Sandſtein, Steinbein.*

Naſcitur in Palatinatu, locis arenoſis, *(an der Bergſtraſſ.)* item in Saxonia, in Sileſia, &c. creſcit per arenam forma Coralli.

Vires. *Celebratur ad oſſa cito glutinanda, quippe materiam callo idoneam citiſſimè ſuppeditat, adeóque glutinationem maturat. Adhiberi poteſt internè à ℨj. ad ℨ iß. & externè in catapl, Emplaſtris &c.*

### PRÆPARATA.

Oſtiocolla præparat. læuigando cum △ geranij.

### *XVI. Pumex.*

Pumex lapis eſt eroſus, poroſus, ſpógioſus, exiguíſque cauernulis, ſeu foraminibus plenus. Græcè Κίσηρις. Arabicè Tanech. Germ. *Bymſtein.*

Inuenitur ad confluentiam Germaniæ.

Probantur, qui candore minimóque pondere, vt qui quam maximè ſpongioſi, aridíque ſunt, tritúque faciles, nec arenoſi in fricando, &c.

Vires. *Refrigerat, ſiccat, extenuat, vlcera leuiter purgat, cicatrices explet, & emendat. Farinæ adhibetur ſæpe medicamentis oculorum, & verendorum. Immiſcetur item dentifriciis & ſternutatoriis.*

### PRÆPARAT.

Vruntur trina vſtione, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino reſtinguantur albo. Lauantur deinde & ſiccati conduntur quàm minimè vliginoſo loco.

N. *Quidam tertia vſtione refrigeratos potius quam reſtinctos terere malunt ex vini. Boëtius de Boodt.*

### *XVII. Lapis ſpecularis.*

Lapis ſpecularis eſt lapis foſſilis, inſtar Cryſtalli pellucidus ac in bracteas tenuiſſimas ſciſſilis. Dicitur communiter Selenites, aliis alumen Scaiolæ.

Inuenitur in Moſcouia, copioſe item in Hiſpania, in Saxonia, Thuringia, Marchia, Miſnia &c. Etſi autem vt plurimum candidus ſit, attamen reperitur & variis coloribus, melleus ſ. niger, fuſcus.

N. *Vete*

N. *Veterum Selenitem, (aphroſelenitem) quia noctu lucebat, à noſtrate diuerſum eſſe, nemo non intelligit.*

*Vſus eſt rarioris, nec adhibetur facilè. niſi ad mulierum faciem dealbandam, & rugas depellendas.*

PRÆPARATA.

*Calx & Liquor.*

Comburitur igne in puluerem candiſſimum, qui per deliquium oleum ſeu liquorem præbet. Vide *Talcum.*

XVIII. *Silex.*

Silex duriſſimum genus ſaxi eſt, vel marmore durius, extrinſecus leue. German. *Kieſzling, Kieſelſtein.*

Differentiæ eius plurimę ſunt.

Nam alij liquabiles ſunt, & plerunque foris albi & pellucidi. Germanicè, *Fluſzſteine, vveiſſe Kieſzling, Bachſteine.*

Aliqui prorſus diaphani ſunt.

*Aliqui ita duri, vt ex iis ignis excutiatur, vnde & Pyrites dicuntur.* Germ. *Fevvrſtein.*

Aliqui prorſus opaci ſunt.

N. *Qui molliores ſunt marmore, non ſilices, ſed lapides ſimpliciter appellantur.*

Vires. *Silicum communium vſus int rnus eſſe poteſt, ad tartaream mucilaginem incidendam, calculum reſoluendum, ac proinde ad obſtructiones reſerandas. Extrinſecus frequenti vſu in dentifriciis adhibetur.*

*Pyritis vim poſſidet calfaciendi, ſiccand, diſcutiendi, digerendi, adeóque Emplaſtris digerentibus admiſcetur.*

PRÆPARATA.

1. Sal fit leg comm. calcinatum ſoluendo in ♁.

*Doſis gran. 6. ad 10. vel 20.*

N. 1. *Calcinatio fit eodem modo, quo Cryſtallos calcinari diximus.*

N. 2. *Si ex tempore adhibere volueris, reſtingue ſilices ignitos in vino generoſo, idque toties, donec planè in puluerem fuerint redacti ac exhibe vinum. Hartm. in pract. Medull. deſtill.*

N. 3. *Querc. ſoluit cum* 🜊 *mellis Ph. R.*

2. *Oleum* fit per deliq.

*Doſis* ℈j. *Medull. deſtillat.*

3. *Cremor ſilicum & cryſtalli* paratur etiam facillimè, ex liquore Silicum deſcripto in parte ſecundâ furnorum Glauberi p. 136. ſi ſcilicet liquor ille diutius in cellâ ſeruetur, tandem Galredam quandam demittit ad fundum, 🝆 ♀ri ſupernatante, quod tàm diu euacuandum erit à dictâ Gelatinâ quandiu aliquid liquoris ſurſum feretur, deinde edulcandum eſt.

*Cremor hîc de facili in quouis vehiculo diſſoluitur. S. Cloſſæi experientiâ.*

XIX. *Lapis Spongiæ.*

Lapis Spongiæ eſt lapis prorſus, friabilis, in ſpongiis concretus, colore candido vel gryſeo.

Dicitur Cyſteolithos, (ab vſu,) German. *Schvvamſtein.*

Vires. *Extenuat abſque inſigni caliditate, ad calculos renum veſicæque frangendos vtilis eſt. Valet etiam ad ſtrumas diſcutiendas, ſi nempe omni manè fiat hauſtus propriæ vrinæ, & poſtea in vltima ☾æ quadra ſingulis diebus ſumatur in vino, cum ⊖e, ♀i & ♉. Vide Gluckrath.*

PRÆPAR.

1. *Sal.*

Calcinatur cum 🜍e calcinatione leui, ſoluitur in 🜊, vel ſpirituis ⌓is. Item; ignitus toties in 🜊 extinguitur, donec in calcem reſoluatur.

XX. *Talcum.*

Talcum Officinis lapis eſt,ſpeculari lapidi ſimilis,magis tamen tenuis,ſquámoſus , viridiuſculus , igni reſiſtens ac fixus.Dicitur à nonnullis Stella Terræ. Germ.*Talck*.

N.*Inuenitur & Talcumrubrum ac nigrum(Parac. in Chronic.Carinthia) verum Officinis minus id vſitatum eſt.*

*Electio.*

Optimum cenſetur , quod venetiis ad nos tranſportatur,Muſco viticum tamen eque bonum eſt probatur autem præcipuè viridiuſculum.

Vires ac Vſus: *Potiſſimus eius vſus eſt externus & coſmeticus,adhiberi tamen nequit , niſi vinculo ſuo liberatum, præparatum, ac in liquorem redactum ſit.*

PRÆPARATIONES.

E præparationibus Talci præcipua eſt Calcinatio, reliquæ enim operationes qualis eſt deſtillatio & liquatio, per ſe notæ ſunt.

Calcinatio igitur tum eſt ſicca, tum humida.

*Calcinatio ſicca.*

1.Contunditur in pollinem tenuiſſimum piſtillo ferreo,poſtea forti ollæ committitur,operculo addito, imponitúrque furno vitriariorum , figulorum vel calcariorum (*in einem Kalckofen,*) vbi maximæ flammæ ſunt.Poſt triduum aut quadriduum eximitur, & ſi in calcem redactum ſit,ſeruatur; ſin minus, repetitur labor, donec perfectè calx dealbuerit.

2.℞.Talc.opt.q.v. contunde in mortario candenti, ſic melius teritur Talcum,(donec nullum amplius ſplendorem referat, puluerem traiice per cribrum ſetaceum, ac cum carbonum Tiliæ ana. Miſc. calcináque in fornace figulina ♂ ℘ 2.vel.3.

3. ℞. Talc.ſubtiliſſimè puluer. ℔j. 🜖 i.per 🜕 calcinat.ana F.S.S.S.ac cementa in 🝍 clauſo ⁝ ♂ vt 🝍 candeat. Dein exime ac edulcora.

4.℞.Talc. opt.in laminas tenues redacti,q.v.candefac ac extingue aliquoties,(duodecies vel pluries) in 🝆 🝍. donec fiat candidum inſtar niuis. Edulcora 🜄 pluuiali , & exſicca. Hinc *impaſta cum albumine ovi* , ac forma globulos,quos in calce viua reconditos, atque 🜋 clauſo impoſitos , calcina ♂ ℘ 3. in fornace figulina vel vitriaria & fiet Talcum,inſtar Chryſtallorum; exime.

5.℞.Talc.opt.part.1 🜕p. ij Miſc. & calcina per quatriduum, poſtea tere & ablue, puluerem exſiccatum panno involutum,obducito luto craſſo,ac ſepeli in 🜖o crudo calcináque ♂ ℘ 15. tere ac ſolue in 🜄 vite, ſolutum coagula.

6.Calcinatur cum Metallis;nimirum iniice Talcum argento vel cupro,ad ignem fuſo horam dimidiam ( hor. aliquot.)

*Calcinatio humida.*

℞.Talc.Venetian.opt.ſcinde cultello in particulas ſubtiliſſimas, digere in ſole feruentiſſimo, vel fimo equino per menſem , cum accerrimo Vini Hiſpanici,quotidie aliquid 🜋i ſuperaddendo , donec acetum fiat q. mucilaginoſum.

Hinc

PRÆPARATA.

1. 🝆 *Talci deſtillatum, Coſmeticum Hartmanni.*

℞. Talcum calcinatione humida, (cum + , ) in mucilaginem redactum, deſtilla per retortam lutat. 🜂 nudo, in excip.capaciſſ. Primò prodit 🜋,poſtea oleum album.Hæc.ſepara.

N.*Alij*

N. *Aliȷ Talci pollinem cum cochleis ollæ immittunt, vt Talcum deuorent, vbi deuoranerunt, cum teſtis tuſas vitro imponunt, ac iis aquam extillant, pro mulierum mangonio.*

Vires. *Aceto Accio poſſunt manus ablui 🝆 vero fieri inunctiones.*

N. *Aiunt, ſi primo facies fuerit diligenter ab omnibus ſordibus purgata, fucum integrum menſem durare poſſe. Hartm. in Croll.*

2. *🝆 Camphoræ Talcatum.*

℞. Talc. crud. (præſtat calcinat.) optimè puluerifati part. 1. 🝆 Cāphorat. p. ij. digere vt albeſcat 🝆 *Vide de 🝆 Camphoræ.*

3. *Liquor Talci. ſiue 🝆 per deliquium.*

℞. Talc. optimè calcinatum, (calcinatione 12. vel alia,) F. Extractio cum 🜋 filtra & coagula. Edulcora ac repone poſtea ad liqueſcendum in cella.

N. *Aliȷ progrediuntur vlterius, atque 🝆 cum 🜅 circulant, abſtrahúntque aliquot cohobiis.*

*Liquor Talci S. Cloß.*

1. Talcum in pollinem terendum eſt, id quod fit. 4. modis, vel enim Talcum exfoliatum calculis fluuiatilibus integris permiſcetur, ſacculo oblongo includitur, & miniſterio duorum hominum ſucceſſiuis vicibus agitatur fortiter, vel lapidi pumicis continuè affricatur, puluiſque decidens colligitur, qui tamen minus ſincerus eſt, vel in mortario calentiſſimo contunditur. Ego illud longè facilius, beneficio limæ leuigatoriæ (vne lime douce) aurifabrorum in ſcobem attero, cuius ℔ß, confundo cum ℔. 1. 🜔 🜿ri, ac in furno venti per hor. x 1 1. calcino, calcinatum repono in cellâ, quod liqueſcit ſeparo à non liqueſcente, calcem hanc ſiccatam denuò calcino in tigillo △ vehementiſſimo cum part. 4. 🜕: Ita Talcum colliquabitur in maſſam albam pellucidam, quæ in cellâ repoſita defluit in liquorem glutinoſum.

Vires, *lentigines & maculas faciei exeſt. cutem dealbat, verum non diu relinquendus eſt liquor. ſed aqu. florum fabarum, nenuph. &c. abluenda facies eſt, ne Epidermidem arrodat.*

*Alius liquor atque Magiſterium Talci.*

℞. Talci groſſe triti (ſubtilis puluis ſeparatur) q. v. infunde in 🜋 ♂ ♀ (3. 4.) Hinc ſuperiiciatur plumbo fuſo, calcinetúrque ad friabilitatem. Hoc ſoluatur in 🜋 Solutióque abſtrahatur. Soluatur iterum aliquoties in aq. deſtillata, purificetúrque à fæcibus. Tandem præcipita cum ſp. 🜖 i, edulcora & exicca.

N. 1. *Solutum ante præcipitationem per deliq. ſolui poteſt, vnde liquor.*

N. 2. *Calcinari itidem poteſt ſuper aliis metallis, v. g. ☾. ære &c.*

*Ex communicatione amici cuiusdam Hamburgenſis.*

*Cremor Talci.*

Pulueriſetur, vno è modis 4. ſupradictis, affunde 🜋 bis terue, Bull. lento △ in patinâ vitreâ, ſpuma pinguis ſuperpernatans colligatur cum cochl. deſpumatorio, dum dabitur, 🜋 cremori mixtum euaporet, cremor a. reſoluatur in phlegmate 🜔 vel pomatæ alicui permiſceatur.

*Inſeruit dealbandæ faciei. Ex comm. S. Cloß.*

4. *Tinctura Talci.*

℞. Talc. optimè pulueriſat. q. v. digere cum 🝪 🜖i philoſophico,

 in fi

in fimo equino menſ.3.4. ſic ſoluetur Talcum, protrudérque ad ſuperficiem nonnihil inſtar pinguedinis.

Huic affunde 🜄, digere ac abſtrahe cum repetitis cohobiis, & tranſibit tandem 🝫.

*Alia.*

℞. Talc. calcinat. extrahe cum 🜍 tu ⊖is viridi, decanta, abſtrahe, ac cohoba aliquoties, ſic aſcendit tandem & Tinctura, transitque alembicum ſub colore rubicundo. ;

Vires. *Præſeruatiuum eſt efficax in peſte, quotidie ſumptum. Doſis gran.vj.*

N. *Præſtat hic rubrum Talcum ſumpſiſſe, ſi haberi poſſit.*

*Tincturam Talci rubri, vide in Agric. pag.787. tom.2.*

XXI. *Vnicornu foſſile.*

Vnicornu foſſile. Cornu foſſile. Ebur foſſile. Lapis Ceratites, eſt lapis colore & leuore cornu referens, interdum etiam forma ipſa, *gegraben Einhorn, gegraben Elffenbein.*

N. *Sæpius tam craſſum ac magnum reperitur, vt à nullo vnquam anmali produci potuerit. Subſtantia lapidea ſemper & vel dura vel mollis eſt. Exterius vt plurimum dura, intrinſecus plerunque mollis, alba, lenis, friabilis, compacta, abſque poris, linguæ firmiter adhærens, odore nonnunquam grato. Cortex exterior interdum flaueſcit, cinereus, albus & ſubniger eſt.*

Inuenitur in variis locis Germaniæ, prope Elbingerodam Oppidum Comitatus Stolbergenſis, prope Heidelbergam, Hildesheimium. Item in Morauia, Sileſia, Saxonia, Haſſia, multíſque locis aliis.

Materia huius creditur Marga, aquâ ſubterraneâ lapideſcente irrigata & fluida reddita, quæ pro diuerſitate matricum in qua fluit, vel & pro diuerſitate rerum, quibus ſeſe inſinuat, ſc. lignorum vetuſtorum, cornuum, oſſium ſubterraneorum, varias quoque ſuſcipit figuras & odorem.

Vires. *Non omnia habent eandem facultatem, aut æque validam, ſed differunt pro diuerſitate originis, reique commixtæ. Vt plurimum exiccant, adſtringunt, proindéque ſiſtunt alui profluuia, gonorrhæam, menſtrua alba, hæmorrhagiam narium, hæmorrhoides. Quod ſi inſuper odor medullis accedat gratus, cordi inprimis grata ſunt, ídque roborant, Epilepſiam arcent. Quæ cum rebus aliis ſunt commixtæ medullæ, pro earum facultatibus naturæ mixtæ cenſentur. Extrinſecus vlcera ad cicatrices perducunt, oculorum lacrymas ſiſtunt, (in Collyriis.)*

N. *Fruſtum huius generis Cornu non longè Marpurgo Haſſiæ è terra erutum oblatum mihi eſt, haud ita pridem, brachium craſſitie æquans, ebori ſimillimum, niſi quod corticem arboris extrorſum figura referret & pro mediano deſtitutum eſſet.*

## CAP. IX.

### DE METALLIS.

*Et primùm de Auro.*

METalla ſunt corpora dura, ductilia ex ſucco ſalino ſiue mercurio, vi ſui ſulphuris in terra coagulato.

N. *Libro primo diximus, res ſecundarias ex perittomate rerum primariarum fieri. Perittoma ergo macrocoſmicũ veniens in matricem, ſiue locum metallificum, id eſt, metallorum generationi aptum, ſi ibidem ſubſtiterit, ſuſcitatur ſpiritus ſeu ignis illius perittomatis, ſubindéque vi matricis metallinæ in naturam metalli faceſſit. Duobus ergo vt omnia, ita & metalla conſtant; humiditate, ſcil: quæ ☿ius dicitur & ſpiritu ſeu igne, qui 🜍r. Duo hæc in ſale fundata ſunt vitriolato, id eſt, in naturam talem tranſmutato, qualem natura ad generanda metalla proximè requirit. Hoc Sal alteratur vlterius paulatim, nec enim ſtatim metallum euadit perfectum. Quare, cum in natura conſtitutum ſit, vt partes diuerſæ inuicem miſceantur, atque inſuper mixtio & maturatio fiant ſucceſſiuè, particulis ſcil. nonnullis, citius ad maturitatem peruenientibus, aliis tardius, aliis crudis aliquantulum manentibus; & in hac metallorum generatione varietatem quandam eſſe neceſſum eſt, quæ particulæ aliæ maturiores, aliæ minus maturæ. Maturiores ergo partes id eſſe ſuſpicor, quod Philoſophi ſub titulo ſeminis metallini eliciunt. Licèt enim in Metallis partes adeo compactæ & vnitæ ſint, vt difficulter inuicem ſeparari queant, vnde fateri conuenit, pleráſque laborationes, maximè vulgares, non ſeparatorias, ſed ſolum præparatorias ſeu exaltatorias eſſe, id eſt, quibus metalla citra ſeparationem puri ab impuro, ſolum alterantur, vt eo melius à calore noſtro ſuperari, inque actum deduci queant: attamen ſeparationem illam contra multorum experientias hinc inde annotatas, impoſſibilem ſtatuere, pertinacium potius eſt, quam virorum cordatorum. Quin imo non modo cuidam ex amicis meis, ſed & mihi ſors fauit, vt oleum rubicundiſſimum, aquæ ſupernatans ex ☉ elicuerimus.*

*De viribus Metallorum in genere nihil addo, niſi quod tantæ inibi à maioribus deprehenſæ ſint, vt principalioribus macrocoſmi ſtellis, microcoſmique membris principulroribus & dicarint, & nomina communia impoſuerint, vti patet partim ex ſequentibus, partim ex lib. 1. cap. 9.*

Metalla non inepte in claſſes tres collocantur, idque tam ſecundum conformitatem diſparitatémue duritiei, quàm ſecundum conuenientiam præparationum.

Prima continet Metalla nobiliora, ☉ & ☾m.

Secunda ignobiliora duriora, ♂ & ♀ m.

Tertia, Ignobilioramolliora, ♄ & ♃.

*Præparationes Metallorum ſunt.*

1. Purgatio.

2. Calcinatio. 1. Immerſiua. 2. Vaporoſa ac illinitionis. 3. Amalgamatoria. 4. Commentatoria. 5. Reuerberatoria.

3. Volatiliſatio: vnde Metallum volatiliſatum, id eſt, in ſpiritualem naturam redactum.

4. Extractio: vel potiùs maturatio, ſ. exaltatio; vnde Tincturæ.

5. Sublimatio: vnde Flores.

6. Salificatio: vnde Sal.

7. Mercurificatio: vnde ☿s.

*AVRVM*

Aurum Metallorum cunctorum eſt nobiliſſimum, ſolidiſſimum, colore fuluum, compactum ex principiis ſumme digeſtis adeóque fixis.

Dicitur Chymicis. 1. Sol, quia ſolitùm macrocoſmico ſeu celeſti. tùm microcoſmico, id eſt, cordi ſympatheticè reſpondere creditur, vnde & ☉is ſigno notari ſueuit. Germanicè *Goldt*.

2. *Rex Metallorum*, quod principatum inter metalla ſibi vindicet.

Præſtantiſſimum cenſetur Arabicum, hinc Vngaricum, tandem Rhenanum.

Vires *Balſami ſeu calidi natiui. cordiſque ſummum corroborans eſt, vnde & in omnibus morbis, in quibus vires reficiendæ ſunt, cum ſucceſſu exhiberi poterit. Mundificat inſuper ſanguinem, noxiorum ſcil. humorum diſcutione ac diaphoreſi.*

N. *Crudum aurum foliatum veteres multis commiſcuere compoſitionibus. Verum, me hercle, cui bono, præterquam quod oculos paſcat, non video; ſolidior enim & compactior eius ſubſtantia eſt, quam vt à calido noſtro reſolui, in qua actum deduci queat. Nec ſufficit, quod nonnulli mutua cordis ac auri effluuia ſympathica ſtatuant, atque eapropter aurum foliatum exhibent. Et enim præterquam quod eadem facilitate id deſtrui poſſit, qua citra rationes adſeritur, applicari poſſet extrinſecus maiori in copia, atque dubio procul maiori cum vtilitate, minoréque vel nullo cum diſpendio.*

## PRÆPARATIONES.

### *I. PVRGATIO.*

Purgatio Solis fit, vel à ſordibus ſuperficietenus adhærentibus vel à metallis imperfectioribus commixtus.

Purgationi à ſordibus ſufficit lotio ex ▽, præcipuè quæ 🜔o vel ⊖e imprægnata eſt, vel ex 🜅 minus ſpirituoſa, id eſt, aquoſiori.

*Purgatio ab imperfectis Metallis fit.*

1. *Per calcinationem immerſiuam:*

Soluitur ☉ in 🜆, quæ ſolum ☉m ſoluat, relectis reliquis intactis, hinc depletur ſolutio, præcipitatúrque calx; illa denuo fuſa, purum exhibebit aurum

2. *Perfuſionem* 1. *cum* ♁: Fiat regulus Solaris, modo quem habes de regulis in ♁: regulum hunc Solarem ⊤bulo impoſitum, colloca in anemiū, adde △ carbonum circularem, (ſuppreſſionis quoque ſi vis.) adhibe ſi opus follem, donec totum ♁ effumarit, & non niſi ☉ penitus purificatum remanſerit. Vocant, *vor dem Balge verblaſen*, ſic purgatur ☉ ab omnibus metallis.

2. *Cum* ♄. fit eundem modum, quo ☾m purgare docemus, capite ſequenti.

2. Per cementationem.

℞. ☉. Laminatum. F. in olla cementatoria, S. S. S. cum cemento vulgari vel regali, committe igni gradatim horis aliquot,

aliquot, vt metalla imperfecta combucantur.

*Cementum vulgare.*

℞. Farin.laterum, ℥ VIII.
🜔 præparat. ℥ IV.
🜖i: Ærugin.ana ℥ß.M.

*Cementum Regale, quod ſoli ☉ parcit.*

℞. Farin.later. ℥iij.
✳. ♉. 🜔 præparat.à ℥ I.
Miſc.humectando Vrinâ.

*Cementum optimum.*

℞. ☉ p. 1. ♀ p. ij. fundantur ſimul, hinc fac lamellas tenuiſſimas inſtar papyri. Deinde per horas 40. vel 50. △ forti cementa; ſtratificando ſc. cum cemento mixto ex farina later. 🜖e colchotare, virid. æris & ✳ irroráque cum 🜊 forti, ſic perit cuprum. Beguin.

*Cementum aliud.*

℞, *Alumin plumoſ.* ℥j.
🜖 .calcinat. ℥j.
⦶. ℥ß.
Alum.crud. ℥iß.
Terr 🜍 i ℥ß.

Cum 🜊 F. paſta, cui inuoluatur ☉ laminatum.

Primum ſtratum fieri poterit ex 🜔, calcinat. farin. later. cui ☉ priori cemento inuolutum imponatur. Tandem vltimo finiri poterit ſtratum cemento priori: cementetur gradatim primo △ lento hor. tres, plus minus, dein auge ignem, vt ✝ bulum candeſcat hor. 4.

N. *Hæc ratione probari poſſunt floroni, quippe qui integri manent euaneſcentibus metallis inperfectoribus.*

*II. CALCINATIO.*

Calcinatio ☉ eſt. 1. Immerſiua 2. Vaporoſa. 3. Amalgamatoria. 4. Cementatoria. 5. Reuerberatoria.

*Calcinatio immerſiua.*

Calcinationis immerſiuæ actus duo ſunt: ſolutio & coagulatio, ſeu Præcipitatio.

Solutio fit per 🜆. per 🝆 ♁ ij glaciale, per 🝏 m ⦶ bezoardicum, per 🜅 s ⦶ vel 🜖 e acuatas per 🝏 m 🜔, alcaliſ. per 🝆 ♄ i, Liquorem ſeu Balſamum 🜔 is, 🝏 m alcaliſatum 🜊, per- 🜄 alcaliſat. per ſpiritum bolarem ♉, ✳, ſpiritum 🜍 li volatilem, 🜨 ri, ſanguinis, ⊡ nę calcis viuæ, mellis ♁ ii, ☿ ii, minerarum ☉, ♀, ♂, ♄ ni, roris Maialis. & ſimul.

Coagulatio fit, vel humiditatis diſcuſſione, vel ſoluti ☉ repercuſſione ſeu præcipitatione.

Præcipitatur ☉ inſtillatione 🝆. 🜨, p.d. iniectione cinerum clauellator. vel ſalium ex vegetabilibus elixiuiatorum.

Præcipitatur itidem ſolutio Solis per ☿ iniectum

Præcipitatio fit etiam cum ſoluto ✳ co, 🝏 u ⊡ æ Diſſolutio cum menſtruo aqueo inſipido vix eſt poſſibilis. Poteſt tamen acrimonia 🝏 us 🜔 ſoluentis aliquo modo occultari. Sic multi aſſerunt 🝆 🜔 ferè inſipidum euadere, ſi lateres candentes ſæpius in eo extinguantur, & poſtmodum deſtilletur ſpiritus dulceſcens, in quo poſtea Solem ſoluunt. Alij Balſamo 🜔 dulci vtuntur, quod fit ex 🜔 per vices XII. 🝏 u 🜊 imprægnato, deinde deſtillato, flores 🜔 collo 6 ræ adhærentes ſoluuntur in cella in 🝆 auri ſoluentium.

*Hinc*

*☉ Sclopetans ſeu fulminans.*

℞. ☉ laminati & in fruſta inciſi, q.v. ſolue digerendo in 🜆, (ex 🜅 ℔ I. ✳ ℥ IV.) ſolutioni infunde guttatim

bonam

bonam quantitatem °o°i 🜅i,p.d.(vel è contra ſolutionem ☉, infunde in bonam quantitatem °o°i 🜕i,p.d.) donec ſolutio clara & alba euadat, ſic præcipitabitur ☉ inſtar limi, ☉le omni ex parte præcipitato, elue ſalſedines 🜄 commun. calcémque ☉is calore hypocauſti leniſſimo exicca vel ſponte ſua exiccari permitte; ſic paratum eſt ☉ fulminans.

N. ☉ *hoc fulminans caute tractes, ne flammam ſcil. concipiens detrimentum inferat, concipit enim promptiſſimè ac deorſum vergens, quicquid ſubſtratum non ſine adſtantium periculo, in fruſtilla disiicit. Læuigaturus itaque memento ſingulis vicibus parum ſumas, vel* ♌*u* ⊖*is, aut* 🜍*is guttatim affuſo, vim* φλογιστ *ac fulminātem adimas. Figitur quoque vis fulminātoria, ſi calx illa in* 🝪*. l.* 🜄 *per horas aliquot (24.) continua agitatione coquatur.*

Vires *Sunt qui huius gran. iij. vel. iv. ad ſudores ciendos exhibent.*

*Hinc & Diaphoreticum.*

℞. Calcis ☉ [🜃 maluat. aliquoties irroratæ; atque iterum exiccatæ] ℥j.

Croc ℈j.

Ambr. Gryſ. & moſch. or. ana gran.

Miſc. & ſerua.

Vires. *Cum Vino maluatico, vel alio liquore exhibitum, multos affectus domare dicitur, præſertim ex obſtructione ortos: cordiale quoque inſigne eſt, at hyſtericis minus vtile, ob moſchum & Ambram.*

2. *Calcinatio vaporoſa.*

Fit ſimiliter vaporibus ex liquore aliquo corrodente, (vti dictum,) eleuatis. *Paracelſus libr. 5. de morte rer. natur. hanc habet; crocúmque acquiſitum* 🜞 *m* ☉*is appellat.*

℞. ☉ lamin. ſuſpende ſuper Vrinam pueri, mixtam cum vuarum preſſarum exuuiis, (*mit VVeintreſter*) Aludele ſat amplo firmiterque clauſo. Hinc pone in exuuias vuarum calidas ♉ ♐ (14.) & adhæreſcet laminis crocus pede leporino abſtergendus.

3. *Calcinatio amalgamatoria.*

℞. ☉ laminat. p. 1. ☿ crudi puri p. vi. circiter F. ããã nimirum ☉ laminatum (& ſi vis ignitum,) cum ☿o ad 🜂 calefacto, vt fumare incipiat, miſce: miſturam in 🜄 infunde, vt miſtura ea vndique fere ſimilis euadat.

Hinc tere cum duplo 🜍is, continuóque ad 🜄 lentum agitando calcina, donec ☿ & 🜍 ſine liquefactione ac concretione exhalarint, calxque ☉is colore calendulæ remanſerit. Sic calcinatur Baſilio ad conficiendam Tincturam, vide infra.

N. 1. *Felicius procedet calcinatio ſi [ante combuſtionem cum* 🜍*] idem* ☿ *cum* ☉ *toties amalgamatus, & ab eodem demper retortam abſtractus fuerit, donec ſeſe invicem amplius amplecti recuſent. Vide Hartmann. in practic. de Dyſent.*

N. 2. *Beguinus ſeparat* ☿*um ſuperfluum per corium, poſt ſeparationem miſcet reſtantem maſſam cum duplo* ⊖ *decrepitati, reuerberatque ſine fuſione* ☉*is in* 🝪 *bult lutato, & non niſi paruo foramine aperto.* ☉*em ita calcinatum (& edulcoratum,) amalgamat denuo cum* ☿*io, maſſam traiectione in corio reſtantem miſcet cum duplo* 🜍 *is vini, ſuperfundit que* 🜃 *optimum, vna cum* 🜍*e eſflagrandum, ſic relinquitur* ☉ *ſpongioſus valdéque attenuatus.*

4 *Calcinatio cementatoria.*

1. Fit quando ☉, vel cum 🜍e, vel ⊖e quopiam ſtratificatim mixtus, in

△ reuerberij adhibito coloris moderamine, ne ☉ fluat, ſubtiliſſime puluera-tur. *Sala de* ☉.

*2. Cum C.C. Cuſto.*

℞. ☉. limat. q. v. tere diligentiſſime cum C. C. vſto, dein reuerbera (quod in furno figulino quoque fieri poteſt) donec colorem acquirat incarnatum.

Vires. *Medicina eſt virib. ſuis efficaſſima, doſis proportione CC. (quæ recipitur fere octupla) eſt; qua grana* ☉ *3. 4. &c. contineat. Finck. in Enchir.*

*3. Aliter cum C. C. crudo.*

℞. ☉ laminat. & C. C. in ſimiles laminas redactum. F. S. S. S. collocetúrque clauſa lutataque pyxide in △ calcinationis gradualem tandemque horis 4. auge △m, vt pyxis incandeſcat; hinc exime, atque itera calcinationem nouo adhibito C.C. donec ☉ reddatur friabile. (fit vice tertia.) Tandem ☉ hunc calcinatum denuo cum C.C. vſto tere ac verbera △ mediocri, vt colorem acquirant laterum. Sic optimum habes Solis puluerem.

N. *Expedit fundum pyxidis arena vel alum. plumoſo tegere, ac ſtratum eodem claudere. Ioh. Agric. de Sol.*

*5. Calcinatio reuerberatoria.*

Reuerberari Sol dicitur, quando in puluerem purpureum ſeu ſumme brunneum, ſubtilem ac leuem redigitur, id quod fit per ſe ignitione ſola, vel etiam flores 🜍is calci ☉ admiſcendo & comburendo.

N. *Supplere reuerberationis vices poſſunt iterata* ☉ *calcinationes, ſiue illa per* ããã *ſiue per* 🜆 *facta fuerint.*

*III. VOLATILISATIO.*

*Vnde* ☉ *ſpiritualiſatum.*

Volatiliſationem voco ☉is per ✗ deſtillationem, qua ☉ velut in ſpiritualem naturam redigitur, idque fit beneficio volatilis alicuius, eiuſque debiti vehiculi, ſeu menſtrui; nimirum hoc ipſum à ☉ ſoluto toties cohobatur, donec ſecum in liquida forma eundem Solem euehat. Vehiculum autem commodum præbet, 1. 🜆. 2. °nn ʒ glaciale, (vide paulo poſt) 3. Ω ⦶ Bezoardici, (vide ☉ potabile per Ωm ⦶ Bezoard.) Ω ⊖ rectificat.

N. *Loco* ⊖ *communis, haud ſine commodo ſubſtitui poterit* Ω *ex ſale alicuius vegetabilis, v. gratia Cardui benedicti.*

*IV. EXTRACTIO.*

*Vnde* ☉ *potabile, Tinctura* ☉.

N. *Tincturas pleráſque Solis ſolutiones & exaltationes potius eſſe, quam extractiones, non diffiteor; attamen quia vulgariter Tincturæ nomine efferuntur, & nobis viſum fuit idem retinere. Aurum itaque potabile communiter dicitur aurum in liquorem redactum, internóque vſu idoneum, de quo loqui videtur Hippocrates lib. 1. de Diæta, text 47. Qui aurum, inquit, ac opus adhibent, tundunt, lauant, blande igne liquant, (neque enim vehementi coit, ) quod vbi elaborauerunt, ad omnia vtuntur. Scias tamen & Extractiones genuinas non eſſe impoſſibiles. Nimirum & Amici cuiuſdam mei & propria mea experientia didici, quod ex Sole oleum rubicundiſſimum aquæ ſupernatans extrahi poſſit. Id quod hic repeto, ne de certitudine dubites.*

*1.* ☉ *Potabile per* 🜄 *ſale vrinæ acuatum.*

℞. Calcem ☉, (per 🜆 factam, & reuerberatione in ſummam poroſitatem & brunnitatem redactam, affunde 🜄 microcoſmic. digere l. calore per menſem vaſe H. clauſo, donec ſanguinis inſtar rubicunda tinctura euadat. Hinc

decanta, & affunde nouum menſtruum, idque toties repete quoties opus. Solutiones collectæ per octo & duodecim dies digerantur. Hinc leniſſimo calore méſtruum, (in ſimiles rurſus reſeruandum,) in MB ſeparetur. Sic remanet tinctura in fundo forma 🝪 i rubicundiſſimi, in quolibet liquore ſolubilis, quæ vicem ☉ potabilis ſupplere poteſt.

Eandem ſolutionem ſi loco MB in arena per curcubitam vel retortam deſtilles, tandem ☉ tinctura ſimul per 🝫 tranſit, rubicunda inſtar ſanguinis, relictâ in fundo terrâ acidâ, nigra, ſpongioſa. Tinctura è menſtruo ſuo in MB ſaltem tepido liberata vlterius exaltari poteſt, ſi aliquoties in 🜈 ſoluatur, ac ſpiritus idem per deſtillationem à tinctura abſtrahatur.

*Doſis à gran iij. ad vij. imo vel vltra. Hartm. in Croll. & in Pract. Senn. Inſt. Kesl. 1. Cent. 2. Gluckr. in Beguin. libr. 3. cap. 2.*

N. *Sala, Scheunemanus & alij, loco ſalis volatilis vrinæ, ſalem naturæ recipiunt, i. e. Macrocoſmi Elementorumne Spiritum, in terra ceu Macrocoſmi Generatorio, (vt inibi in fœtuũ terreſtrium nutrimentum faceſſat,) in corpoream ſubſtantiam transplantatum. Hunc arte ſpargyrica ſumme depuratum, animatione exaltatum, vocant ☿m Philoſophorum.*

*Conſule Hartman. in Croll. pag. 399. Salam de ☉ potabili. Tentzel. in Exeg. pag. (mihi) 491. Scheunemani Hydromantiam, &c.*

2. *Aliter, cum 🜈 acuato per ⊖, vel. ♉.*

Alij 🜈 acuunt, vel ſale volatili, ſeu floribus ⊖, aut ♉, vel Chryſtallis ſalis dulcibus, vel ſpiritu ✱, aut ⌽ i, atque vt dictum, cum hoc 🜈 acuato, ex calce ☉ ſumme brunna & poroſa, Tincturam digerendo extrahunt: abſtracto menſtruo remanet tinctura in fundo, quam circulando fixare licet

*Vſus.*

℞. Huius Tinctur. ʒj. 🜄 theriac. ℥j. M. pro ſudorifero aliquot dies continuando.

*Doſis* ℈j *Vide Quercetan, in libr. de Medicam. Spargyric. præparat. Salam de ☉ potabili. Kesler. ib. 3. c. 31.*

3. *Aliter cum 🜈 alcoliſato. ☉ vitæ Quercet.*

Primò calcina Solem laminatum per cementat. (cum ⊖) & reuerbera Secundo, cementa per Sacchar. ♄i: ſuper hac mixtura accende aliquoties 🜈 alcoliſatum. Relictam materiam circula (♂ ♀ 14.) cum 🜈 alcaliſat. abſtrahe & affundendo nouum 🜈 alcaliſat. iterum circula & abſtrahe, ídque repete, donec tota ☉ ſubſtantia per 🝫 efferatur. Separato menſtruo remanebit ☉ vitæ præſtantiſſimum in fundo. *Quercetan. Sala.*

4. *Aliud per Ol. ♁ij glaciale.*

℞. Calcin. Sol reuerberat. coniunge cum Ol. ♁ii glaciali rectificato, digerendóque per menſem, extrahe tincturam rubicundam: quod ſi illud oleum viciſſim ſeu ſecunda vice deſtilletur, aurum eleuatur in 🜈 ſolubile, & hoc eſt ☉ potabibe.

Vires. *Valide per diaphoreſin mouent.*

*Doſis gutt. 3. 4. vel. 5.*

N. *Oleum ♁ij quod prima hac deſtillatione ab auro prodit, purgat leniter ſoluitque omnes obſtructiones, & multa alia præſtat. Hartm. in Croll. p. 226.*

5. *Aliud per Ol. ♁ii Saccharatum, Baſilij Magiſterium Solis.*

℞. ☉. volatiliſat. affunde oleum ♁ ii

Sacchara

Saccharatum, cum tantillo ſpirit. 🜔, & extrahetur tinctura, relicto corpore ☉ intacto. *Baſil. in Triumph.*

*Aliud per ſpirit.* ☽ *Bezoardicum*

℞. ☉ foliat ac calcinat. Solue in ſpiritu ☽ Bezoardico rubicundo, abſtrahéque *menſtruum* calore leniſſimo, (*ne ſpiritus nimium prodeant,*) per 🝪, *vel phiolam* oblongioris colli, vſque ad pelliculam ſeu oleoſitatem. Hinc recens rubicundum menſtruum affunde, ſolue, abſtrahe, ſimiliter procedendo tertia vel quarta vice. Tandem hæc ipſa ſoluto ☉ ex retortat 🜂 fortiori deſtilletur, vt & ſpiritus prodeant, quos affunde iterum cohobando, donec ipſum aurum rubicundum inſtar rubini apparuerit.

7. *Aliud* ☉ *potabile per* ☍ ♄*i.*

℞. Calc. ☉ (per 🜆 vel ☿ &c.) circula per aliquot dies cum Ol. ♄i flauo; ſic compagem ☉ in liquorem ſolutam videbis.

Vires & Doſis. *Vſus eius eſt contra venena non contemnendus, imo ſæpe viſum eſt, gutt. iv. ad viij. in vino exhibitis, etiam eos, qui exiſtimabantur morti proximi, refocillatos fuiſſe. Multum etiã præſtat in Caduco, Apoplexia, Paralyſi, & cæteris morbis capitis. Hartm. in Croll. pag. 474. Keſler. libr. 4. Num. 57.*

8. *Aliud per ſpiritum* 🜔*is.*

℞. Calcis ☉ [ſolutionem Solis in 🜆 Baſilij præcipit. cum ☿,] q. v. affunde ſpirit. 🜔 is opt. rectificat. digerendo extrahe tincturam, corpore ☉ albo remanente in fundo, [quod eſt reducibile in ☽ am fixam] tincturam exalta cũ 🜈 circulando, totiésque cohobando, donec cum 🜈 per 🝪 deducatur, *Keſler. lib. 4. cap. 71.*

9. *Aliud per ol.* 🜍.

℞. Calcis ☉ q. v. affunde ol. 🜍 p. c. ad eminent. digit. 7. abſtrahe cohobando aliquoties, donec ☉ ſoluatur. Soluto tandem ☉i affunde 🜈 rectificatiſſ. ad emin. dig. 4. oleo 🜍is non ſeparato. *Digere ſeptim. (6.) Hinc abſtrahe* per 🝪 🜈, idque reitera, donec ☉ per 🝪 eleuetur. Hoc facto abſtrahatur leniſſimè 🜈, vt maneat in fundo liquor rubicundus.

N. 1. *Poſt tertiam vel quartam cohobationem ſeparandum eſt phlegma, nouúmque etiam affundendum.*

N. 2. *Reiteratio cum* 🜈 *opus eſt ſeptimanarum aliquot (10.* Hinc fit.)

*Aurum Diaphoreticum compoſitum Poppi.*

℞. Calcis ☉ (à qua Ol. 🜔 is abſtractum) ℥j. Ol. ☿ ij. (ex cinnab. natiua) ij. Ol. ♂is (ex ſcoriis ♂) ℥j. Superfunde 🜍 vini, aliquoties id abſtrahendo, & remanet puluis paulatim 🜂 calcinandus & figendus.

*Prodeſt in contracturis. Doſ. g. viij. Popp. in Theſaur.*

10. *Aliud per Eſſentiam* 🜔*is.*

℞. Optimè calcinat (per ããã, &c.) affunde QE. ſeu oleum (Balſamum) 🜔, ac extrahe, (ſolue) f.. Decantatis extractionibus, (ſolutionibus) affunde 🜈 opt. rectificat. ſic 🜈 animam Solis ad ſe trahet, relictâ Eſſentia 🜔 in fundo, quam ſepara: Tincturam ☉ in 🝫 à 🜈 libera. *Sala de* ☉ *potab.*

11. *Aliud per Spir. Manna.*

℞. Calc. ☉ fulminantem, redige in flores per peculiare aliquod inſtru-

mentum argenteum deauratum: Ex floribus extrahe tinctur. cum ſpiritu mannæ: abſtrahe ad conſiſtentiam pro libitu.

Vires. *Sudorem, eumque fœdiſſimum pellit, feliciſſimè morborum quorumcúnque malignorum & venenatorum ſeminarium ſecum vehens. Cl. Helu. Dieterich.*

*Doſis guttæ aliquot.*

12. *Aurum potabile cum ♎u ⊖is 🜿ri primo.*

F. āāā ℥j. ☉ cum ℥ v i. ☿ morte vulg. ſuperfluum ☿ium per corium exprime, globulum reſtantem tere cum ana ⊖ fuſi, fac euaporare ☿ ium mediocri △, ſalem ablue aqu. calidâ, calcē ☉ tere fortiter cum ℥iij. 🜍 communis, pone in tegulâ fulminatoria (*eine Treibſcherben*) coopertâ cum foramine, cementa per 3. horas ad totalem vſque 🜍 euaporationem, ídque cementationis opus 4. aut 6. cum pari quantitate noui 🜍 reitera donec ſc. ☉ in ſpongiam rubicundam attollatur. 2. Extrahatur tinctura per ſeq. Menſtruum ♃ ſpiritus ⊖ 🜿ri parati, vt indicabitur cap. de 🜿ro vini part. 1. ∀ part. XII. Deſtilla ſimul ex cucurb. Hunc ∀ 🜿ſatum affunde calci ſiue floribus ☉ ſublimatis & tingetur rubro colore, abſtrahe ∀, remanebit puluis coccineus, cúius vires innumeræ.

N. *Si calcem ſpongioſam aliquoties ♎aueris cū part. 8. ⚹ci donec ſandaracino colore eleuetur & poſtea admixtione ⚹ vindicaueris, felicius & citius extractio fiet Tinctura. Ex commun. S. Cloſs.*

13. ☉ *potabile Franc. Antonij.*

☉ Purgetur (bis) per ♄. Hinc calcinetur cum ☿. & 🜍. Extrahéque cum 🜍. ♄i.

N. *Licet & vice ſecundâ cum ⊖ marino fuzo ac tertia cum ⊖ 🜿i calcinare.*

*Doſis g. 6. 7. 8. &c.*

N. *Hoc eſt genuinum illud adeò decantatum ☉ potabile Londinenſe, cuius deſcriptionem mihi ſeruare conſtituerā. Verum cum à diuerſis locis, quin etiam ex aulâ quadam illuſtriſſimâ tranſmitteretur, vt communicaretur, nolui hac in re expectationem fruſtrari.*

14. *Aliud Quercetan. ☉ vitæ dictum.*

Ex calce ☉ leuiſſima & ſpongioſâ, elice Tincturam digerendo in 🝫 per ✱, Tincturam hanc exalta circulando cum V.

Vires *Ad innumerabiles morbos ferè incredibilis videtur virtutis. Quercetan. in Scolopet. Et ex hoc Sala in ☉ potab.*

15. *Aliud Laudanum ♀riale Bayeri.*

℞. ☉ per 🜍 i & ☿m optime calcinat. ℥ß. Olei ☿ aliis ℥v. (forſan ol ♄i) Digerantur colore ciner in phiola H.C. ♂ octo. ſic extrahitur tinctura ☉ rubicunda hanc (relicto albo corpore) in phiola H.C. digerendo coagula (in Athanore) in lapidem rubrum, quem ſuper porphyretico humido ſolue; reiectiſque fecibus denuo coagula; tertio eandem operam repete.

*Doſis gran. 2. ad 5.*

16. *Aliud Billichij.*

1. Calcina cum 🜄 ac præcipita.

2. Reuerbera cum flor. 🜍 & ☿, vt euadat puluis inſtar boli armen.

3. Solue cum ∀ rectificatiſſ. digerendo ac cohobando multoties, (20.) & vltra: dein coagula abſtrahendo.

4. Sol

4.*Solue* in ſpirit. 🜔;digere dies aliquot(3.)hinc abſtrahe.*Bilich.in Exerc. th.*202.

17.*Tinctura* ☉*is.*

℞ auri fulminatis probè edulcat. part 1. ſpiritus ⊕li *volatilis* part. IV. (ſunt qui Oleum ⊕cauſticum, in quo ſalis proprij *pars 3.reſoluta* ſit adhibēt, ſed tale *menſtruum* naturæ noſtræ ini*micum eſt)Digerantur* in B.repenti per 40.☌ .Tinctum ♌um rubicundiſſimum & clarum ſepara per inclinationem,abſtrahe ad ſiccitatem,affunde è vino hiſpanico factum & ♀ ſatum, & in calore leniſſimo fiat Extractio inſtar Rubini, tinctos ſpiritus deſtilla & ad aliquam conſiſtentiam redige, vel pulueris formam, quem etiam à ſapore 🜊 poteris eluere aqu.ſtili.vel diſſoluere in quocunque liquore appropr.

N. Si deſit ſpiritus ⊕li volatilis, tunc eius *loco* ſeq. Menſtruum excellentiſſimum ſubſtitue.

℞. 🜔 communis ℔. I. ☽ ℥VI. deſtilla ſ.a.

♃ huius aqu. fortis part.iij. 🜄 tantundem, infunde 🜄 in magnâ cucurbi. quam ſtatim occludes ⩙ ſuo, ebulliunt enim illicò commixti ♌us & flaueſcunt, deinde durante ebullitione rubedinem acquirunt, tandem eadem ceſſante menſtruum ſub viride euadit, quod quidem nil peculiare poſſidet, niſi quod illius acredo facili negotio ab auro ſoluto eleuatur, id quod adhibitis aliis 🜆 fieri non poteſt.

*Ex communic.S.Cloſ.*

18.*Tinctura Fratris Baſilij*

℞.☉ per ããã calcinat.p.I. Solue digerẽdo in 🜆✱ata,(vide in ☽ 🜆m Baſilij,)vel in 🜆 ſalinâ,(id eſt, 🜔 acuta) p.iij.hinc depleatur ſolutio, reſtitantique ☉ calci denuo 🜄 illa ſoluens affundatur, &c.donec penitus ſoluta calx ſit: Solutiones digere in MB,vt ſubſideant feces, quas ſepara. Solutionem defecatam digere iterum in MB ☌ ρ(9.)Hinc abſtrahe 🜆 ad oleitatem,abſtractam aquam affunde viciſſim, imprægnáque calcem cohobationibus tantiſper repetitis, donec liquor ferè inſipidus extillarit. Tum affunde nouam 🜆, imprægnaque denuo vt dictum,in arena,idque tantiſper donec ☉ per ⩙ penitus transportatum ſit[N. *Cum ſingulis deſtillationibus ignis eſt augendus,* tandem abſtrahe per MB ad oleitatem,reponatúrque ad Cryſtalliſandum,ſ.a.

Hinc

℞. Cryſtall.☉ p. I. ☿ii viui purg. p.iij.agitato optimè,ſic apparebunt colores,ſubſidebitque ããã. Exhalet ☿ & reſtabit puluis Solis purpureus in ⚹ ſolubilis;qui tingit ſubito inſtar ſanguinis.

Ex hoc puluere extrahe ſ.a. tincturam rubicundam cum 🜊i, qui cum ſpirit. 🜔 mixtus & dulcificatus ſit,(vide ſpirit. 🜔 dulcem ac 🜄 temperatam Baſil.in 🜊i,) donec menſtruum vlterius non tingatur,& corpus album reliquum ſit.

N.1.*Menſtruum niſi cautè & rite preparatum ſit,pro tinctura rubicunda. extrahit viridem, vel alterius alicuius coloris.*

N. 2. *Corpus illud album in extractione tincturæ reſiduum,inſeruit Sali & ♀io conficiendo, de quibus infra, videatur Tholdij Halographia, vbi ex teſtamento Baſilij Monachi, prolixè elaborationes haſce deſcribit.*

19.*Paulo ſecus ex manuſcripto teſtamento Baſilij.*

1.Purga ☉ per ♁.

2.Calcina,i.e.ſolue purgatum ☉ in 🜆,coaguláque.

3.Volatiliſa cum ſpirit. 🜔 acuato per ſpirit.draconis,(✻)vide ſupra.

4.Præcipita cum Ol. 🜍, vel quod melius per abſtractionem lentam.

4.Reuerbera cum flor. 🜍.vide ſupra

6. Extrahe 🜍 Solis per 🜈 igneum & ſpirit. 🜔.vide ▽ temperatam in 🜈

7.Digere extractum 🜍, & ſolue denuo in ☿ Philoſophorum, vel in 🜆 dicta.

8.Volatiliſa cum 🜈.

N. *Baſil.repet.lapid.Phil.volatiliſat ☉ per ſpir. 🜔is, hinc coniungit extractum 🜍 cum ſpir. 🜔i rubeo (corroſiuo) per digeſtionem cum 🜈 dulcificato ſoluit & digerit aliquandiu; tandem cohobat, donec nihil in deſtillatorio reſidui remaneat. Sic acquiritur liquor ſolaris ſeu ☉ potabile maximarum virium.*

20. *Vnicornu Solare, ſeu Manna Solaris,*

℞. Calcem Solis optimè reuerberatam, imbibe aliquoties, menſtruo ſolari, id eſt, affunde aliquantulum ſolaris menſtrui (ad eminent. dimidij digiti,) vaſéque H.clauſo digere, l. △ vt ſiccefcat.

Hinc iterum affunde, ac digere, totiéſque repete, vt Sol in puluerem ſubrubeum tranſmutetur.

*Doſis à gran. 1. ad 5.*

N. 1. *Menſtruum ſolare deſtillatur per cornutam ex minera, repetitis aliquoties deſtillationibus, Mynſicht.*

N. 2. *Felicius forſan proceſſeris, ſi Menſtruum hoc ſale ſuo alcaliſaueris, calcem cum alcoliſato hoc menſtruo circulaueris, ad modum, quo alias tincturas nomine mannas fieri diximus.*

*Hic non poſſum non monere, quod nonnulli tincturam Solis, beneficio oleorum aromaticorum ſibi imaginentur. Nimirum calcem Solis optimè elaboratam impaſtant cum oleo, (e.gr. Garyophillor. Cinamomi, &c.) hinc 🜈 rectificatiſſimum affundunt, atque intercedente digeſtione tincturam extrahunt.*

*Verum, mehercle, loco tincturæ Solis aromaticorum oleorum tincturam naniſcuntur, quæ 🜈 rectificatiſſimo, ceu ſuo ſimili, (accedit enim ad naturam oleagineam) admixta acquiritur.*

## *V. SVBLIMATIO.*

*Vnde Flores Solis.*

℞. ☉ optimè calcinat. (per ſpirit. 🜔,) part. 1. ✻ depurat p. VII. Miſc. & ſublima. Sic eleuabuntur flores Solis, quos eluendo ab ✻ libera.

*Doſis gran. 6. & 9.*

Fiat peculiare inſtrumentum argenteum aut cupreum, (pyxidis inſtar complicatilis) conſtans ex duabus partibus ſuperiori ac inferiori, vt aperiri poſſit. Inſtrumentum hoc in latere tubulum habeat, per quem ☉ ſolopetans iniici poſſit, (paulatim id fieri neceſſum eſt) tubulum ſtatim obturando. Sic eleuabitur ☉ fornicíque ſuperiori adhæreſcit.

## *VI. SALIFICATIO.*

*Vnde 1. Sal. ☉.*

℞. ☉ fini p. 1. ☿ purificat. p. V. vel VI. F. ããã. abſtrahaturque ☿ per retortam. Hinc F. iterum ããã ex relicta ſcil. Solis calce, & abſtracto ☿, ídque repetatur toties, donec ☉ aſſumere ☿m amplius nolit. Tunc affunde 🜊 optimum, [vel & ſpiritum ⦶ acuatum,] digeréque l. △, decanta ac abſtrahe menſtruum ad ſiccitatem, & remanebit 🜔 Solis.

N. 1. *Cum relicto ☉, eodem modo procedere potes: amalgamando nimirum ac abſtrahendo, donec totus ☉ in 🜔*

conuer

*conuertatur, Kesler. lib* 1. *c.* 4.

N. 2. *Alij idem meditantur ex* ☉ *per* 🜆 *calcinato, ac per menſem reuerberato.*

2. *Aliter.*

℞. ☉ foliat. vel quod melius calcinat. ℥ß. ⊖, ⏀, O, ana ℥ß. Miſc. ac impone phiolæ cera *Hiſpanica* obturatæ, digeréque *calore arenæ. ſic* ſoluetur ☉. Hinc *affundendo* 🜄. calidam præcipitabitur ☉ *in* forma pulueris purpurei, [maximè ſi ꝏ ♀ inſtilletur,] Pulueri optimè edulcorato affunde 🜈 rectificatiſſ. ſténtque aliquandiu, (menſes aliquot, vaſe clauſo,) vt 🜈 ſale Solis imprægnetur. Hinc decantetur 🜈 & abſtrahatur, efflagrétue. Sic relinquitur Sal ☉ albiſſ. in fundo.

Vires. *Inſigne eſt Diaphoreticum.*

*Doſis gran.* 2. 3. 4.

3. *Sal Salis Baſilianum.*

℞. Corpus illud album, in extractione tincturæ ☉ *Baſilianæ* reſiduum; reuerbera leniter per mediam horam, vt aliquo modo corporale fiat. *Hinc* affunde 🜄 mellis corroſiuam, digere, extrahéque Sal ſ. a. (labor eſt dierum 10. circiter.) Aquam mellis ſale Solis imprægnatam ſubiice deſtillationi MB vt abſtrahatur. Sal Solis reſiduum edulcora, aliquoties 🜄 commun. deſtillatam affundendo, atque deſtillationibus repetitis abſtrahendo; tandem cum 🜈 clarifica,

*Doſis gran.* 2. 3. 4. *&c.*

N. *In hac extractione Salis remanet materia vtilis pro* ☿*io Solis conficiendo*

*VII. MERCVRIFICATIO.*

℞. Materiam in confectione Salis Solis Baſiliani reſiduam, affunde ſpirit. ♀i, digere per mensē, ac deſtilla à ſcoriis ♂ per retortam (vitream) in receptaculum 🜄æ frigidæ aliquota parte adimpletum, & habebis ☿m Solis.

*Tholdius in Halographia ex Teſtamento Baſilij Monachi.*

☿*ius Solis Paracelſi.*

Paracelſus generaliter hunc modum præſcribit, quo ſingula Metalla in ☿ viuum redigi poſſint.

*Nimirum:*

1. Calcinat Metallum fumigando, i. e. per fuliginem, ☿rii. *Vide libr.* 1. *cap.* 14.

2. Calcem Metalli amalgamat cum ☿ digerit, abſtrahítque.

3. Abſtractum ☿m iterum cum calce eadem amalgamat, digerit & abſtrahit toties, ſcil. iterando, donec calx metalli ſupra candelam inſtar ceræ liquari poſſit. Hinc digerendo calcem illam in ☿m conuertit, *Vide lib. de reſuſcitatione rerum natural., vt & lib.* 6. *Archidox.* vbi tempus amalgamandi obſeruare monet, quo Planetæ cœleſtes correſpondentes coniunguntur *De quo legi poteſt libri huius primi cap.* 22.

## CAP. X.

### *De Argento*

ARgentum Metallum eſt nobilius candidum, Auro imperfectius.

Dicitur Chymicis Luna vel Cerebrum, eò quod in Macrocoſmo Lunæ, in Microcoſmo, cerebro ſympathicum ſit. Germ. *Silber*.

Vires. *Capitis corroborans perhibetur ſpecificum, ſpiritúſque animales confortare, vnde & omnibus capitis affectibus peculiaris efficaciæ cenſetur, quales imprimis Epilepſia, Apoplexia, & ſimil.*

*PVRGATIO à ſordibus ſuperficiariis.*

Coquatur, laueturque cum ▽, in qua ſolutum ♀ ac ⊖.

*I. PVRGATIO, ab altenis Metallis.*

1. *Per calcinationem immerſiuam.*

Solue ☽ per 🜅, quæ ſolummodo ſoluat ☽, reliquis Metallis intactis.

2. *Per fuſionem cum* ♄o.

Immitte plumbum in ✝ bulum ignitum, vt liqueſcat, quo liquefacto, ſuperiniice ☽ m, continuando ignem, donec cum plumbo metalla illa imperfecta vi ignis, partim in fumum abeant, partim quoque ſcoriarum nomine ſecernantur, relicta ☽ in fundo.

N. 1. *Ignis ſat fortis requiritur vnde è re erit, furnum anemium adhibere.*

N. 2. ♄*us hac purgatione in ſpumam cum argenti recrementis concretus, dicitur Lithargyrus, de quo infra.*

3. *Per nitrum.*

Fluat ☽ ad ignem, hinc ſuperiniiciatur per vices ⦶, & purgabitur ☽ a.

*II. CALCINATIO.*

1. *Immerſiua.*

Solue ☽ in laminat: in liquore aliquo corroſiuo, coagula inſpiſſando vel præcipitando, ac edulcora. Præcipitatur autem ☽ ſoluta, per muriam ſalſam, ▽ ſalſam, vel per particulam æris iniectam.

N. *Liquor ille corroſiuus, vel eſt* 🜅 *[vide in* ⦶*,] vel ſpirit.* ⦶ *vel his finitimus humor, (vt patebit infra in tincturis, ſeu* ☽ *a potabili,) recipitur autem in quãtitate tripla, quatrupla, ſextupla, &c*

N. 2. ☽ *hac ratione ſoluta, ſi more ſolito ad cryſtalliſandum reponatur, concreſci in cryſtallos, quos vitriolum* ☽ *a vocant.*

2. *Calcinatio Amalgamatoria.*

℞. ☽ pur. ac ☿. ana F. ããã. admiſce $\frac{1}{4}$ ⊖, vel ⊕ i Exhalet ☿ ad △, reſiduum eluatur.

*Calcinatio Cementatoria,*

Fit, per ♀ ⦶ lat. per ♉, per, ☿, per ⊖, & ſimil.

N. *Calcinatio hac fieri debet ſine fuſione.*

*E. gr.*

℞. ☽ æ lamin. p. 1. ☿ ♎. p. ij. Miſc. exhaletque ☿ ad ignem, & remanet ☽ a niſtar reſinæ. *Senn. Inſtit.*

Sic cementatur quoque cum duplo ♉, vel cum quadruplo ⊖, hor. 4. 5. 6. 7. 8.

*Aliter.*

℞. ☽ limat. p. 1. ſl. 🜍 r. p. ij. ⊖ p. ß. Miſc.

Miſc. ſublimaque (ſepties) vt flores 🜍is ſublimari ſolent, ſublimatum reſtanti materiæ ſemper addendo, vltima vice ſublimatum abiice, reſtantémque materiam aquâ elue.

Calcinatio ☾æ cæmentatoria fit etiam vt ſupra dictum eſt de ☉ potabili cum Ωu ⊖ ♀ri.

*Calcinatio Reuerberatoria.*

*Quia* ☾ facilius igni ac calcinationi paret, quam ☉, vlterius operoſa reuerberatione opus non habet, nihilominus tamen, cui ita viſum fuerit, amplius ☾ calcinatam elaborare poterit, denuo illam cum 🜍, vel cum ⊖, (♉) vel ſimul cum 🜍 re & ♉, vel cum ⊖ & ✳, &c. aliquoties pro lubitu cementando, ac dein ablutionibus à ſalſedine liberando.

*E.gr.*

℞. Calc. ☾ (per 🜅) ℥j. ⊖℥ij. ✳ ʒij. Miſce & reuerbera per ♉ 8.

*III. SOLVTIO ET EXTRACTIO vnde* ☾ *æ potabiles & Tinctura.*

N. *Luna vt mollior eſt Sole, ita facilius quoque in potabilem formam reduci poteſt, adeo vt ſi optimè calcinata fuerit, ſoli* 🜈 *i, optimè tamen rectificato obediat. Quia tamen labor iſte aliquo modo laboroſus ac diuturnus eſt, loco* 🜈 *ſimplicis, idem ille* 🜈 *acuatus, vel aliud aliquod menſtruum recipi ſolet, vt patebit in ſingulis.*

1. ☾ *potabilis per* Vs *ſimplicem.*

℞. ☾m calcinat. (cum 🜈 in quo aliquid ✳ ſit ſolutum (extrahe cum 🜈 cohobando aliquoties.

*Doſis gran. 3. vel 6. Gluckrath.*

*Aliter.*

℞. ☾ calcinat. (per 🜆, ſeu liquorem corroſiuum deſtillatum ex Minij p. 1. ✳ p. ij. extrahe cum 🜈 optimè rectificato. *Keſler. 1. cap. 1.*

2. ☾ *potabilis per* 🜈 *ſale vrinæ acuatam, & ſimil.*

℞. ☾m calcinat. (per Ω. ◑, cum cohobiis, vel per ☿,) extrahe per 🜈 rectificatum acuatum, ſale vrinæ volatil. [i.e. per Vs microcoſmicum,] filtra & coagula. *Vide de* ☉ *Keſler. 1. cap. 7. Sennert. Inſtituit. Begum.*

*Aliter.*

℞. ☾ calcinat. (ſcilicet miſcendo cum fl. 🜍. p. ij. ⊖ . p. 1. & ſublimando ſepties, *vide ſupra cementat.*) p. 1. Vs opt. p. iij. ⊖. Vrin. p. ¼. digerantur in vaſe benè clauſo per dies aliquot.

Hinc deſtilla per retortam vitream aliquoties, (8.9. aut tantiſper) donec materia aſcendat cærulei coloris. Sin minus hæc ſucceſſerit, calcinetur denuò ☾ pluries, & procedatur, vt dictum.

*Doſis gran. 5.6.7. &c.*

N. *Eodem modo fieri quoque poteſt.* ☾ *potabilis per Vs acuatum Sale Naturæ, de quo in* ☉.

3. *Alia* ☾ *per Vs* ♄ *ſatum*

℞. Calcem ☾æ reuerberatam, (cum 🜍 r. (affunde Vs opt. ♄ ſatum, abſtrahe cum ſeptem cohobiis, ſic ſoluetur ☾, circula per menſem in MB, & habebis liquorem cæruleum, *Keſl. lib. 4. c. 44.*

4. *Alia, per* Vs ⊕ *latum.*

℞. ☾ calcinat. q. v. extrahe ſ. a. tincturam cæruleam cum Vs ⊕ lato (*vide Vinum*) decanta ac abſtrahe

N. *Præſtat reliquis in Epilepſia.*

5. *Tinctura* ☾*æ Baſiliana.*

Habeatur in promptu.

1. ⊖ ter cum ana ♆ æ calcinatum, *vide calcinat.* ⊖ *is.*

2. Ad manus ſit calx ☾æ.

3. Paretur 🜅 ex ⊕i & ◑ ana.

*Ergo.*

℞. Calcem ☾æ, miſce cum ⊖ calcina

cinato, & inde phiolæ vitreæ, affunde 🜄m, eámque abſtrahe deſtillando, cohobaque vice tertia, vltima vice ignem augendo, vt materia in vitro fundatur. Sic ☾am nanciſceris pellucidam, ex qua cum ⚹ fortiſſ. extrahatur ſ. a. tinctura ſub colore vltramarino.

N. *Remanebit corpus ☾æ in extractione hac reſiduum, quod Sali ☾æ conficiendo reſeruetur.*

*Videatur Tholdius in Halographia Teſtamento Baſilij.*

N. *Plures modos tincturas ☾æ conficiendi, ad imitationem modorum, qui in Solis tincturis deſcripti ſunt, ipſemet Lector colligere poterit.*

*E. gr.*

Tincturæ cum 🜈 acuato per ⊖m naturæ, &c.

Eſſentia ☾æ, vti lapidum & cryſtalli Extracta Cloſſæana fiunt, parari poteſt. *Vide c. 4.*

*Luna potabilis S. Cloſſ.*

Luna potabilis fiet ſi primo ☾am laminatam pluries cum 🜍 calcinaueris, & inde per affuſionem aqu. communis ⊕lum elicueris, quod reſoluendum erit in Spiritum compoſito ex ⊖ ⊖ & 🜈 præſcripto Art. de Tinctura Solis, feces ſegregando per digeſtionem, tincturam cæruleam cogendo in puluerem, è quo demum per 🜈 vera Eſſentia exurgit aduerſus Epilepſiam optima.

*Ex communic. S. Cloſſ.*

*Alio modo.*

Primo āāā, &c. pars vna ☾ cum part. 8. ☿ij exprimatúrque per corium, ſecundo globulus reſtans teratur cum quadruplo ⊖ decrepitati & prunis ardentibus calcinetur per horas 4. in pyxide cæmentatoriâ, ſi quid non probè calcinatum ſuperſit, cæmentetur iterum addito nouo , & calx à ⊖ per ablutiones liberetur. Tertio ſublimetur huius calcis ℥j. cum ℥iv. ✹ci idque 5. repetatur 4. liquore acido potabili primum (⚹) dein 🜍co vegetabili (🜈) extrahatur Tinctura, quæ ad ſiccitatem reducta ſal dabit in cellâ diffluens in Oleum, quod itidem ſpatio 80. ♂ fixati poterit in Medicinam morbis cerebri ſpecificè dicatam.

*Ex communicat. eiuſdem.*

*IV. SALIFICATIO.*

☾a in ſalem ⊕tum quomodo conuertatur, ex iam dictis innotuit. Dabimus igitur modum ſalificandi Baſilianum, quem ex teſtamento eius manuſcripto verbotenus cum plurimis aliis tranſtulit Tholdius in ſuam Halographiam.

*Nimirum.*

℞. Corpus illud ☾æ in extractione tincturæ Baſilianæ reſiduum, affunde ▽ mellis corroſiuam ſ. a. abſtrahe & edulcora, vt dictum in Sale Solis.

N. *Supererit materia, ex qua extrahi poteſt ☿.*

Vires. *Conducibile eſt morbis capitis, & inprimis Epilepſiæ, Hydropicam aquam exiccat, &c.*

*Doſis gran. 4. 5.*

*Spiritus Lunaris S. Cloſſæi.*

Prima opera ſit in parando ⊕lo ☾æ, quod fit per 🜍 inſtar li⊕ ♀is, verum ad minus calcinationibus 20. iteratis indiget. Longè faciliori ac meliori methodo extrahitur è limaturâ ☾æ ſubtiliſſima beneficio aqu. lilij conuall. ℥iij. fortificatæ cum ℥i. ſpiritus ⊕ ♀is (vel cum ⚹) ſinendo per menſem in digeſtione cinerum, ſic ſpiritus ♀eus impregnabitur Tincturâ ☾ ex

☾ ex cyaneo ſubuireſcente, quâ ſepoſita alium ſpiritum ⊖li ♀ ei ſubſtitue, totiéſque extrahe, donec tota ferè ☾ ſoluta ſit, tandem ſolutiones euapora ad cuticulam vſque, collige cryſtallos, è quibus ſiccatis per 6 more ſolito primo phlegma & ſpiritum ♀ is pelles, quæ ſeorſim ſeruanda, deinde auctiori △ ſpiritum ☾æ & vltimò Oleum.

*Spiritum hunc Lunarem Idiophaticæ Epilepſiæ ῥιζότομον eſſe expertus eſt author. qui ſupra.*

---

## CAP. XI.

### *De Ferro.*

CLaſſis ſecunda, Metalla ignobiliora duriora continet, Ferrum ſcil. & Cuprum.

*Præparationes præcipuæ.*

1. Purgatio. 2. Calcinatio. 3. Sublimatio. 4. Deſtillatio. 5. Extractio. 6. Salificatio. 7. Liquatio.

*FERRVM.*

Ferrum Metallum eſt ignobilius, conſtans ex Mercurio & 🜍re minus liquabili, crudiori, ſeu ſi mauis ex 🜍re, ac Sale, quæ partibus terreis crudioribus immixta ſunt.

Vires. *Diuerſis ♂ dotatum eſt viribus; adſtringendi ſc. & aperiendi. Vis aperitiua in volatiliori potiſſimum reſidet parte, ac proinde in ſale: vis adſtrictoria in fixior, adeóque in terra latitat. De his qui vlterius erudiri cupit, adeat problem. Horſt. Decad. 7. q. 2.*

*PVRGATIO ♂ à ſordibus ſuperficiarius.*

Purgatur ♂is limatura à ſordibus quibus forſan ſcatet, tùm ventilando, tum abluendo ▽ communi.

*I. Purgatio ♂ Gradatoria: vnde Chalybs.*

℞. ♂is in lamellas vel virgulas, (digiti maioris craſſitudine) redacti, p. 1. Carbonum ſalis vel fagi puluer. Raſur. cornu bouis, p. 1. ſtratifica, ac in vaſe clauſo igni committe furni anemij fortiſſimo, hor. 4. aut 6.

N. *Calybs igitur nihil aliud eſt, quàm ♂ optimè purgatum, ideóque loco Ferri Chalybem præſtat recipere.*

*II. CALCINATIO: vnde Crocus.*

1. *Calcinatio Reuerberatoria, vnde Crocus ♂ obſtructiuus.*

Limaturam ♂is igne fortiſſ. eoúſque reuerbera, donec in Crocum eleuetur leuiſſ. & rubicundiſſimum.

N. 1. *Sal commune vim habet reuerberationem hanc accelerandi. Hinc ſunt, qui citioris reuerberationis gratia limaturam initio aliquoties vrina puerorum (vel ▽ ſalſa, acetóve) conſpergunt, iterum exiccant, poſtmodum reuerberationi ſubiiciunt. Sic reuerberatione vnius atque alterius diei ♂ in florem ſurgit rubicundiſſimum, qui quotidie, (ne vi ignis pereat vel nigreſcat,) colligatur. Hartm. in pract. Gluckr. in Beguin.*

N. 2. *Si qua pars nondum ſatis reuerberata ſit, elaboratiorémque ſeparare velis, affunde ▽m, agita, atque antequam penitus ſubſideat, ▽m leniore ſc. & magis elaborato Croco turbidam, in aliud vas effunde, parte grauiore, quæ*

*ſubſidet,in priori vaſe relictâ: Abſtractâ vel decantatâ dein aquâ, habes Crocum leuiorem,crudioribus ſuis ac grauioribus portionibus ſpoliatum.*

Alij ℞. Limat. ♂ ℔.ij. ⊖.decrepit. ℔.iij. ( vel ana ) mixta reuerberant per diem. Hinc ♂ iterum edulcoratum ſubtiliſſime læuigant, denuóque reuerberant, [ dies octo vel decem ] donec eleuetur Crocus ſubtiliſſimus, quem quotidiè auferunt,atque ▽.plantaginis præparant.

Vires. *Obſtructiuus hic Crocus eſt, ac ſiccatiuus, confert in Dyſenteria, Lienteria, Gonorrhæa, & ſimilibus.*

*Externus eius Vſus eſt in exiccandis vlceribus & vulneribus. Quercetan.in Pharmacop. reſtitut. Sennert. in Inſtitut.*

*Doſis à ℈ß. ad ℈j.*

N. *Adhæreſcit & Crocus ♂is baculis ferreis furni deſtillat.*

2. *Calcinatio fuſoria : vnde Crocus ♂ aperitiuus.*

Laminis ♂ ſeu Chalybis ignitis adeo vt ſcintillent optimè admoue magdaleones 🜍ris : ſic liqueſcit ♂ inſtar ceræ, deciditque granulatim in frigidam ſuppoſitam, teratur ſubtiliſſimè & ſeruetur pro vſu.

Vires. *Virtutem habet reſerandi, aperiendi & attenuandi. Querc.in Pharm. reſt. Beguin.*

N. *Maximus requiritur calor, ideóque præſtat officinam fabrilem adire.*

3. *Calcinatio Cementatoria : vnde 🜖 m ♂is.*

Lamin. (Limatur.) ♂,cementa cum 🜍 pulu.igne paulatim adhibito per horam,ita 🜍 re accenſo calcinatur ♂: Materiam exemptam ac tritam calcina iterum per ſe, [non ſecus ac calcinatur ♁ in præparatione vitri,] vt 🜍r penitus efflagret,diligenter mouendo,donec ferro adhærere incipiat.

℞. ♂ huius calcinati ac triti ℔.1. 🜍r.℥ß.Miſc.exactè,ac calcina iterum per hor. ¼.Dein tere iterum, ac adde tantundem 🜍, idque repete quinquies vel pluries.*Croll.*

Ex hac ♂ calce fit 🜖 m ♂is.

2. *Aliter.*

℞. ♂ laminatum cementa cum 🜍re & ☐ ana, Crocum laminis adhærentem abſterge. *Parac.l. de morte rer.natur.*

4. *Calcinatio Immerſiua.*

Solutio ♂ fit in quolibet liquore corroſiuo,etiam minori acrimonia prædito. Vt ſunt 🜅 vulgaris Ω 🜖i, ⦶i. ⊖is, 🜍ris, ⊙is, 🜹iaci. Coagulatio fit, vel inſpiſſatione,vel præcipitatione,ſedrarò.

*E. gr. per 🜅.*

℞. Limatur. ♂ ℥j. affunde ſenſim 🜅 ,viii. digere per noctem, & abſtrahe 🜅 in arena. Sic relinquitur Crocus rubicundiſſimus, per deliquium ſolubilis.

*Per Ωm 🜍ris.*

℞. ♂ laminat.vel limat.(vel croc. ♂ aperit. cum 🜍re præparat.) affunde guttatim °o° 🜍is, ( ſimplex vel ▽æ mixtum,) ſolutioni affunde ▽.calidam, filtra, coagula aliquantulum, ac repone ad Chryſtalliſandum, ſ. a. Cryſtallos purifica ſoluendo,ac coagulando. *Hartm.in pract. Beguin.Gluckrath. & Keſler.libr.1.cap.13.Tentzel.in Exegeſ. loco de °o° 🜍.*

N.1. *Similiter fiunt & Cryſtalli ♂ cum Ωu ⊖,p.1.& 🜹 p.3.*

N.2. *Eodem modo fiunt & Cryſtalli ♂ cum Ωu 🜖 i. Et hi dicuntur Sala Magiſterium Chalybis ⊕ latum.*

*Nimirum*

*Nimirum.*

℞. ♂ purgatum ſolue in ♌u 🜖i rectificatiſſ. coagula. Sic habes Magiſterium Chalybis 🜖-latum in forma Vitrioli viridiuſc. *Sala in* ♀*log. capite* 8.

5. *Calcinatio Vaporoſa.*

Laminas ♂ ſupra 🜄 in cucurbita clauſa ſuſpende, cucurbitámque in arenam calidam colloca, ſic vi vaporum adhæreſcet paulatim laminis crocus pede leporino abſtergendus.

N. *Labore repetito maior copia croci colligi poterit. Senn. Inſt. Hartm. in diſput. Chymiatr.*

6. *Calcinatio Illinitionis.*

℞. Laminas ♂ illinc 🜹 🜖i, vel ♁ris, (vel limaturam ♂ eodem liquore conſperge,) & repone in cellam. Poſtea ablue aqua, & ſubſidebit crocus, qui parum ad rubedinem ſolummodo calcinandus.

N. *Quercetanus infundit* ♌ ♁*is, ac* 🜄 *ana in cochlear ferreum: omnia bullire ſinit ad ignem lentum vſque ad conſumptionem: Hinc reponit per aliquot dies, puluerémque croceum abſtergit, qui facilè liqueſcit. Hunc verum Epatis reſtauratiuum appellat, eumque in Tragea hepatica ceu baſin recipit. Vide Pharm. reſt. c. 26.*

Vires. *Vtiliſſimus eſt hic Crocus in Cachexia, inſigne eſt aperitiuum.*

*Doſis gran.* 3.4.

Eodem modo fieri quoque poteſt Crocus ♂ beneficio ♌ O. ✳, ☾ *Paracelſ. l. de mort. rer. natur.* Verum hic Crocus non niſi extrinſecus adhibendus eſt.

*Aliter.*

℞. 🜄 (ex 🜖i calcinat. & ⊖ ana cum argilla deſtillatæ, (infunde in cochlear ferreum, vt euaporet. Sic ſtatim relinquitur crocus tenerrimus, qui abradendus & in vitro (quia facilè liqueſcit,) reſeruandus eſt. *Gluckr.*

## *III. VOLATILISATIO ac DESTILLATIO.*

*Vnde* 1. *Aqua* ♂.

℞. Limatur. ♂is, expone aëri humido in cella aliquandiu, (ſeptimanas aliquot) hinc deſtilla, vel ex humili Aludele, vel ex Retorta. Sic nanciſceris aquam ♂is ſalſ edolentem, ſed paucā.

N. 1. *Deſtillatio hac felicius procedit* ☾*a creſcente, & circa plenilunium.*

N. 2. *Poſt abſtractionem reponi denuo poteſt, vt ſoluatur; dennóque deſtilletur vt prius.*

2. ♌ ♂*is.*

℞. Mineram ♂, deſtilla per Retortam: liquorem deſtillatum reaffunde; digere ac iterum deſtilla.

3. 🜹 *Martiale album.*

℞. ♂. q. v. ſolue in ♌u ⊖, ſolutio deſtilletur per retortam, ſic ♌ prodit, Eſſentiā ♂is imprægnatus ſapore ſubdulcis.

Vires. *Aperit obſtructiones præſertim Epatis, Lienis, venarum meſaraicarum, ac Vteri.*

*Doſis gran. aliquot.*

4. 🜹 ♂*iale rubrum.*

℞. Solutio ♂ præcedens, imprægnetur cum crem. 🜿i, deſtilletúrque △ fortiſſimo, ex cucurbit. vitrea humili, varios intus videbis colores inſtar caudæ pauonis, extillátque primo liquor igne dein fortiori 🜹 graue cum Cryſtallis, quos per del. ſolue & iunge prioribus.

Vires. *Leuiter adſtringit & roborat. Hinc in Dyſenteria & fluxibus alui,*

*aliiſque maximi commodi exiſtit. Clariſſ. Dn. D. Helvicus Dietericus, Archiater Sereniſſ. Elect. Brandeburg.*

*Doſis gran. 3. 4. & vltra.*

5. o°o ♂ *Sulphureum.*

℞. Mannæ ♂ (Tincturæ) circula cum 🜈 rectificatiſſ. & ſupernatabit o°o, deſtilla per 🝪, vt tranſeat & oleum.

N. *Fragrantiſſimum hoc* o°o *perhibetur ac pingue.*

Vires. *Maximas vires habere cenſetur in obſtructione ac debilitate Lienis, &c. D. D. Paulus Keller.*

6. *Ol.* ♂ *Præſtans.*

℞. Croc. ♂ per Reuerb. Spir. 🜖i philoſ. q. ſ. Digere, extrahe aliquoties recenti ſpiritu rubedinem. Spiritus tinctos iunctos abſtrahe ad mellaginem. Hanc extrahe cum 🜈 Sal verò cum ∇ comm. Spiritus tinctos abſtrahe ad oleaginoſitatem, cui ſal purificatum per digeſtionem adiunge.

Vires. *Summum eſt obſtructiuum.*

*Doſis gran. 4. 5. &c.*

*Clariſſ. D D I.C. Faciſ.*

7. *Vitrioli* ♂*is deſtillatio.*

Deſtillatio 🜖i ex ♂ confecti nihil peculiare à deſtillatione 🜖i vulgaris habet iiſdem enim modis perficitur, omnéſque Medicamentorum formas, quas ex eodem illo vulgari 🜖lo deſcripſimus, exhibet, felicioris tamen eſt operationis, in morbis ad ♂is affinitatem accedentibus.

## IV. EXTRACTIO: *vnde Tinctura.*

℞. Limatur: ♂ ℔. ß. candefiat, & extinguatur aliquoties in vini maluatic. ℔. IV. ſic Eſſentia ♂ 🜖lata communicatur maluatico.

*Doſis ab ʒß. ad ʒij. in iuſculo vel hauſtu aqua cichorei, Hartm. in pract.*

*Aliter.*

℞. ♂ limat. 🜹 ana ℔. I. coque in ſartagine ferrea l. Δ. ſemper agitando, donec 🜹 conſumptum ſit, (quò ſæpius, eò melius) infunde poſtea in vino maluatico ℔. 4. 5. 6. digere, quotidiè aliquoties agitando, (♂ ♀ 14.) poſtea depleto & adhibeto.

Vires. *Prodeſt ad omnes affectus Splenis; item ad menſtrua, tum prouocanda, tum inordinata corrigenda.*

*Doſis ʒß. ad ʒij.*

N. *Poteſt aromatiſari Garyophyll. & ſimil. Fiuck.*

2. *Tinctura ex* ♂ *crudo.*

℞. Limat. ♂ extrahe rubedinem cum 🜹 acerrimo ſ. a. decanta & abſtrahe. Dein extrahe cum 🜈. Quo tandem iterum abſtracto, relinquitur Tinctura ſeu Eſſentia ♂ in fundo.

*Doſis ad ℈j. vnde Senn. Inſt.*

*Aliter.*

℞. Limat. Chalyb. q. pl. irroretur 🜹 aliquoties & exiccetur. Hinc extrahe cum 🜈 ♀ato. I.C.F.

3. *Alia ex Croco* ♂ *Quercetani.*

℞. Croc. ♂ [per 🜖 facti,] extrahe Tincturam digerendo cum 🜈 vulgari donec rubeſcat, decanta à fecibus, & abſtrahe ad oleoſitatem.

*Doſis: Premiſſis vniuerſalibus, propinantur mane ac veſperi gutt. 9. vel 10. in decocto iuniperi. Hartman. in pract. loco de Hæmorrhag. & de Hydrope.*

4. *Alia ex Croco* ♂.

Sic & ex croco ♂ per reuerb. fit Tinctura cum 🜈, cuius eadem Doſis.

5. *Alia, quæ Baſilij eſt.*

℞. Limat. ♂ ſolue in ſp. 🜖i rubr. p. I. ∇. fontan. p. ij. fil. filtra calide & cryſtalli

cryſtalliſa, ſ. a. Cryſtallos exicca ſub tegula continuò agitando, habebíſque crocum purpureum : affunde 🜹 & extrahe ſ.a. Hinc abſtrahe in MB 🜹, ac elue, ▽m font. aliquoties abſtrahendo. *Tholdius.*

N. 1. *Eodem modo ex* 🜔*o* ♂ *ad ſummam rubedinem reuerberato extrahitur Tinctura ſeu* 🜍 *beneficio* 🜹 *ſ.a. Quæ abſtracto* 🜹 *in forma puluiſculi rubicundiſſimi aſſeruanda.*

N. 2. *Ex remanente terra extrahitur* ⊖ *per* ▽*m mellis corroſiuam.*

5. *Alia ex Scorriis cœruleis.*

℞. Scorias ♂ cœrul. vitreſcentes puluериſa, (alij calcinant prius hor. 24.) extrahéque tincturam rubram digerendo cum 🜹 acerrimo, filtra & abſtrahe, reſtantem Tincturam edulcora aliquoties ▽ pluuial. Tinctura hæc liqueſcit ſponte in cella.

N. *Efficaciorem habebis Medicinam ſi per* 🜅, *Tincturæ ſolutionem ac extractionem denuo iteraueris.*

Vires. *Longe efficacior eſt, quam Crocus vulgaris reuerberatione factus. Vim habet ſiſtendi omnes fluxus, ſiue ſint Menſtrua, ſiue Gonorrhæa, Dyſſenteria, Diarrhæa, Hæmorrhagia, &c.*

7. *Alia ex floribus Croci* ♂.

℞. Croci ♂ (per reuerber.) ſublima cum ✳, ex floribus edulcoratis extrahe Tincturam cum 🜅, abſtracto iterum 🜅, relinquitur Eſſentia in fundo.

N. *Dicitur præcipitare* ☿*m, Keſler. lib. 3. c. 71.*

8. *Alia ex Calce* ♂.

℞. ♂ Limat. à quo ✳ ſexies vel pluries ſublimatum ſit, extrahe cum 🜅, decanta & abſtrahe aliquoties cohobando.

N. *Puluis ille ante extractionem in liquorem reſolui poteſt, qui* ▽ *elota etiam intrinſecus exhibetur.*

9. *Alia.*

℞. Croc. ♂ probè calcinat. q. v. irrora cum ſpir. 🜔 digeréque in ∴ calida donec ſpir. 🜔 exiccatus fuerit: hinc tere ſuper marmore affuſáque ▽ fontanâ macera in ∴ calida per ♂ (3.) poſtea filtra per chartam; filtraturam inſpiſſa & extrahe cum 🜅 Tincturam.

Ex communicatione Affinis mei dilecti *Iacobi Holkapffel*, Pharmacopæi noſtratis laborioſiſſimi.

10. *Alia Tinctura, Manna* ♂*is dicta.*

℞. ♂ Laminat. q. v. extrahe cum 🜿u ♂ alcaliſato, filtra & abſtrahe, ſic habes tincturam ♂.

11. *Baſium* ♂ *&* ♀*is ſeu Tinctura extemporanea S. Cloſſ.*

Compara tibi 🜔 ex viridis æris (*diſtillierten Brünſpan*) pelle per 6 △ ∴ quicquid phlegmatis & ſpiritus volatilioris exire poterit. Hoc affunde ſuper limaturam ♂ in vaſe ſtrictiori. Intra quadrantem horæ abſque adiuuamine △ ſanguine ♂tis ♀us imprægnabitur, abſtrahe phlegma atque fuſibili croco 🜅 ſuperfunde, denuóque extrahe.

12. *Sal ſaccharinum & Tinctura flaua* ♂ *eiuſdem.*

℞ Croci ♂ parati cum 🜍 q.v. Affunde aq. reſtantem poſt præcipitationem butyri ♁ij, quam Spiritum 🜔li Philoſophicum vocant, vna cum phlegmate (ſi hic deſit cape 🜿 cum ⊖lari diureticum vt cap. de ⊖ indicabitur) ſine extrahere in ∴ tincturam flauam cum fœtore quondam 🜍co, qui mox euaneſcit. Hanc coagula poſt filtrationem in ⊖ ſaccharo

dulcius

dulcius, & maioris virtutis gratiâ cum 🜄 circula.

Vires. *Hepar roborat, vnde hydropicis, iiſque qui diffluentia in tibiis vlcera patiuntur prodeſt, menſes ſuperfluos & hæmorrhoides ſiccat, dyſentericos iuuat ſumpta cum ther. rec. lienem deobſtruit.*

*Doſ. ſalis ℈ß. cum ol. nuc. moſch. Tinct. gutt. vj. viij. in vino, aq. linaria.*

13. *Tinctura rubra ♂.*

Laminas ♂ ſubtiles ſtratifica cum pumice & reuerbera per 24. horas. Rubeſcet pumex, è quo cum ⁜ tincturam poteris elicere & in ſal rubrum coagulare.

*Ad calcinationem reuerberatoriam pertinet ſeq.*

Limaturam ♂ calcina abſque vllâ præparatione aut commixtione △ reuerberij, donec ex rubedine ſummâ in calcem albam tranſierit.

*Doſis ʒß. in vino albo. Frater D. Rondeletij hoc medio ab Iſchuriâ curatus eſt. Ex communic. S. Cloſſ.*

14. *Tinctura alia & inde.*

*Magiſterium ♂is albiſſimum.*

Limatura ♂is △ fortiſſ. eoúſque reuerberetur, donec eleuetur in crocum leuiſſ. & rubicundiſſ. Irroretur cum Sp. +i atque ſiccetur. Repetendo hoc (4.) Dein tantum affundatur Sp. +i q. ſ. ad extractionem. Digeratur vſque dum colore rubicundo tingatur, ſæpius vero agitetur. Extractio lento calore redigatur ad mellaginem, quæ ſoluta aq. pluu. deſtillata & filtrata præcipitetur cum Sp. 🜖 i. Sic habebis magiſterium albiſſimum, quod probè edulcorandum.

Vires. *Ex ipſa deſcriptione cuiuis patebunt, prodeſt in morbis quam plurimis hypochondriacis, hepaticis, &c.*

*Ex commun. Cl. D. Ioëlis Langelot.*

## V. SVBLIMATIO.

Hinc

1. *Flores ex ♂ crudo.*

Sublima limaturam ♂ cum ✳. (vide in ✳.) & eleuatur quoque portio ♂. hæc à ✳ elota, habere vim ſclopetantem, æque ac ☉ fulminans dicitur, ſed erroneè.

2. *Flores ♂ ex Cryſtallis.*

℞. Cryſtall. ♂ (cum 🜅 nitroſa fact.) ſublima cum ✳, & habebis flores rubicundos, quos edulcora. *Keſl. lib. 1. cap. 63.*

Vires. *Vim maximam habent in lienis & meſenterij obſtructione.*

## VI. SALIFICATIO.

Sal ♂ duplicis videtur eſſe ſortis, ſubdulce ſcil. & 🜖 latum.

1. *Sal ♂ ſubdulce.*

℞. Limatur. ♂ irrora ⁜ optimè, vt paſta inde fiat, quæ ſiccetur: ſiccatam tere ac irrora iterum, &c. idque repete multoties. Tandem effunde phlegma aceti, coque bulliendo & filtra: humiditate in Ⓜ︎Ⓑ abſtracta, digere cum 🜄 Cryſtallóſque ſerua pro vſu.

Vires. *Vim habent incidendi & aperiendi, obſtructiones etiam contumaces, viſcerum & vteri. Vide in Epiſtol. Gregor. Horſtij obſeruationibus annexis, lib. 1.*

2. Idem Sal aſſequi poteris vi ∇ ſimplicis, loco ⁜ ac phlegmatis eiuſdem adhibitæ, ſed quantitate minimâ.

N. *Suecicum ferrum ſale abundantiſſimum eſt, ideoque reliquis in ſalis huius confectione præferendum.*

2. *Aliter.*

℞. Calcem

℞. Calcem ſeu croc. ♂ [ per 🜆 factum ] extrahe Sal cum aqua, filtra, coagula, ac repone ad cryſtalliſandum, vel inſpiſſa prorſus. Salem ⊕licum quem nactus fueris, ſolue denuo aliquoties & coagula, ſic habebis Sal ♂ ſubdulce.

N. *Filtratio ſiquidem fieri nequit, quin charta vi corrodente corrodatur, dilui poteſt ſolutio aquâ fontanâ, quo minus acris & filtratura aptior euadat.*

3. *Aliter, Sal Baſilianum.*

℞. Materiam in Tincturæ præparatione reſiduam, (*e.gr. in tinctura Baſilij,*) affunde ▽ mellis corroſiuam, ac extrahe ⊖, ſ. a. Hinc abſtrahe ▽m mellis, edulcoráque cum aqua fontan. per deſtillationem iteratam abſtracta. Tandem clarifica cum ▽. *Thold. in Halograph.*

*Doſis gran. 6. 7. 8. &c.*

4. 🜖*m ♂is ex cementato.*

℞. Calc. ♂ (cementatam cum 🜍re, vt ſupra,) extrahe ⊖, vt moris per ▽ calidam, filtra & cryſtalliſa, ſ. a. *Croll.*

5. ⊕. ♂ *ex ſoluto ♂.*

℞. Limat. ♂ ſolue in ∴⊕i rub. p. 1. ▽æ font. p. ij. filtra calidè, & cryſtalliſa. ſ. a. *Tholdius.*

N. *Simili modo & per alios liquores acres cryſtalli ♂is exhiberi poſſunt, de quibus in Crocorum præparationibus, quippe nihil aliud ſunt quam ipſemet Crocus, quem ipſum vel ſola exiccatione ad ignem referunt.*

*Sal ♂is purgans.*

℞. ✳ i. Limat. ♂is p. æq. miſce, leniter terendo in marmore. inde cucurbitæ fictili & ♎ primò lento △. dein fortiori, ſenſim & per gradus △ augendo. Tandem refrigeſcere ſine, fractóque vaſe, partem ſuperiorem albam reſerua, nouæ ſublimationi cum recenti limatura ♂ peragendæ; Partem mediam Croceã ſimiliter ſerua (ſunt flores ♂is diaphoretici.) Denique partem quæ in fundo remanſit (🝎) exime & modo vulgari ⊖ extrahe, idque ſoluendo & coagulando purifica, clauſóque vitro reſerua.

Vires. *Vim obtinet purgandi.*

*Doſ. ℈ß. ad ℈j. in cochl. 1. aut 2. Syrupi violarum laxatiui, &c.*

N. *Quando ⊖ prædictum in ſyrupo violarum ſoluitur, neceſſum eſt vt bene agitetur, donec ſyrupus totus ſpuma euadat, quæ ſtet per noctem, vt clareſcat iterum. Tunc additur pro libitu aliquid clareti laxatiui.*

*Ex commun. amici Hamburg.*

## *VII. LIQVATIO.*

♂ per ſe minimè liqueſcit, verum ſi in crocum [ calcinatione humida, ] redigatur, aliquo modo liquabilis euadit; vnde Liquor ſeu Balſamus, medicamentum in vulneribus, aptiſſimum.

## CAP. XII.

### *De Cupro.*

CVprum, alterum Metallum, ex ignobilioribus duriuſculis eſt, conſtans(ſecundum Theophraſtum)ex 🜍re purpureo,Sale rubro, ac ☿rio citrino.

Dicitur ♀,quod cum Venere Cœleſti in Macrocoſmo, cúmque generatiuis partibus in Microcoſmo ſympathiam obtineat, dicitur & Æs, Germ. *Kupffer.*

Vires. *Præterquam quod partes generatiuas peculiariter confortare creditur, variis abundare facultatibus æſtimatur, adeo vt ſint qui dicere non vereantur, nullum metallorum ſalubriorem ſpirare auram, quàm Cuprum. Et hinc Maioribus,ac præcipuè Hippocrati præter reliqua frequentiſſimo in vſu fuit. Nos relicto Cupro crudo, præparationes libabimus,quæ ſunt.*

### *I. PVRIFICATIO.*

Purificatur à ſordibus ſuperficiariis, ſi impanatur hor.7.8.9.&c. in ▽ ⦶li mixta cum ⁜.

### *II. CALCINATIO: vnde Crocus.*

*1. Reuerberatoria.*

Fit more communi,limaturam, ſcil. cremando.

N. *Laminæ ♀is reuerberantur calore fornacis figulinæ in æs vſtum,quod facili contritione in calcem reducitur. Beguin.*

*2. Immerſiua.*

Solutio fit in liquore acri.

*E. gr.*

🜅, Ω 🜍is, Ω ⦶i, & ſimil.

*Sic:*

Diſſolue ♀m in 🜅, ac præcipita per ▽m tepidam infuſam, vel per particulam ♂is, ☾æue iniectam. *Beguin.*

*3. Vaporoſa: vnde Ærugo, ſeu viride æris.*

Suſpendantur laminæ ♀is, vt vapori Vini & racemorum obiectæ ſint, ſic adhæreſcet Crocus pede leporino abſtergendus.

*4. Illinitionis.*

Illine laminas æris liquore acido ſeu acri.

N. 1. *Quin imo ſola ▽ ſimplex, tantillo ⊖is,vel ⊖, vel ✳ impregnata, æruginem extrahit.*

N. 2. *Paracelſus ſoluit ſalia ( ⊖m ⦶m,& ſimil.) in veſica,atque ſolutum liquorem laminis illinit.libr.de mort.rer. natural.*

*5. Cementatoria.*

Fit cum ⊖e, 🜍re, &c.

℞. Laminas ♀is, F. S.S. S. cum ⊖ præparat. calcina paulatim leuiter igniendo. Poſtea ignitas in aquam iniice, atque à nigredine benè elue, iterúmque F. S. S. S. calcina, ac elue vt prius. Tandem cóque ac repone,vt ſubſideat crocus, quem edulcora ▽a.

Vires. *Inſeruit Chirurgiæ,ingreditur*

*Empla*

*Emplaſtrum Oppodeldoch. Gluckr.*

N. *Eodem modo cementatur quoque cum ♁re, hor. 3. vel 4. inque æs vſtum reducitur Officinarum; calcinatur iisdem & limatura ♀ cum ⚻ ſimili modo quo ♂ ad exhibendum 🜖m calcinare docuimus.*

## *III. DESTILLATIO.*

Deſtillationibus iiſdem ♀ ſubiici poteſt, quibus ♂: Vnde & ∇m, Spiritum, Olea, Mannam, &c. exhibere aptum natum eſt, inprimis tamen deſtillationi ſubiicitur 🜖m ♀is, cuius ſpiritus adeo famoſus eſt, vt peculiari nomine Acetoſus eſurinus Paracelſo nuncupetur: Viréſque quæ ſpiritui 🜖i vulgaris adſcribuntur, huic efficacius competunt.

*1. Spiritus & Oleum 🜖li ♀is S. Cloſſ.*

Fiat 🜖lum ♀is methodo Crolliana. Huius ℔. xii. in 6 coniiciuntur & △ moderato deſtillatur phlegma omne, id quod horis circiter 6. perficitur: Cohobeturque deſtillationibus ad minimum ſuper Colcothar proprium, vt mediante hac fermentatione Ωus volatiliores ſecedant promptius, tum demum augeatur △ per gradus per 5. ♂ continuos minimúmque corp. fixi in 6 remanet. Spiritus albos à rubris ſepara atque ſeorſim rectifica.

Vires. *Spiritus ♀ ſummum eſt aduerſus Epilepſiam Sympathicam remedium, præmiſſâ purgatione cum floribus rubris ♀ij. Doſ. à gutt. 8. ad x. in iuſculo acidis ſuccis exaſperato, alias vomitum excitabit.*

*2. Spiritus aurei coloris.*

Fit ex ☠ cui ſuper funditur vel ſpir. ♀ extillatus, vel V 🜍 ſatus, digerendo donec Tincturam extraxerit, enoca menſtruum, reliquum pelle per 6, egredietur aureus Spiritus.

## *IV. EXTRACTIO.*

*1. Tinctura Baſiliana.*

℞. Virid. æris q. v. ſolue in bona quantitate 🜊, filtra. Hinc abſtrahe ad ſiccitatẽ (alias cryſtalliſabitur) nanciſceriſque viride æris purificatiſſimum, extrahe ſ. a. Tincturam Smaragdinam cum ſucco ex racemis immaturis expreſſo, donec nihil amplius coloris exhibeat.

N. *Remanet corpus, quod reſeruetur ad Salis ♀is confectionem. Tholdius.*

*2. Alia ſeu flores æris.*

℞. Ærug. q. v. extrahe cum 🜊, decanta & abſtrahe ad ſiccitatem, edulcora optimè aquâ calidâ.

Vires. *Mundificatiuum ſummum eſt in vulneribus, vnde & Emplaſtrum Oppodeldoch ingredi ſolet. VVirtzius Chirurgia.*

N. *Simili modo fit & 🜖m ♀is per Cryſtalliſationem.*

*3. Alia Balſamus ♀is dicta.*

℞. Lamin. ♀, affunde Ω Terebinthin. digere & colorabitur colore viridi.

*Vſus eius eſt in Chirurgia.*

*4. Alia.*

℞. Limat. vel lamin. ♀ ℔. iij. vel iv. irrora 🜊 ſiccefcat lente, idque repete multoties. Hinc affunde ∇ calidam decanta ac filtra per chartam, (& remanebit in charta terra flaua, alij vſui reſeruanda.) Filtraturam coagula l. △. ad mellis conſiſtentiam.

℞. Huius Tincturæ quantitatem ſatis magnam, inde cucurbitæ atque

🜸o leuiter impoſito, da ignem lenem, & quando feruefcere incipit, tolle 🜸 mouéque bacillo, vt reſideat, idque repete, donec amplius non feruefcat. Hinc firma & annecte firmiter 🜸m, (luto, & ſimil.) deſtilláque ex arena in recep. capaciſſ. △ gradatim adhibito, ſic prodibit primo, ſpiritus albus acidus paulatim flauefcens, & rubefcens cum nebula: vrge, donec nihil amplius aſcendat (, eſt opus vnius diei.) Deſtillatum rectifica in cucurbita oblongi colli ad ſiccitatem, igne moderato, ne quid flaui & rubei aſcendat. Ex reſtante materia extrahe ſ. a. Tincturam cum 🜄r rectificato. Hanc deſtilla, & quia aſcendit quoque Tinctura, cohoba, donec figatur: hinc coagula ad conſiſt. mellis.

N. *Ex materia ſeu terra illa remanenti, vlterius calcinata, extrahi poteſt* 🜔.

Vires. *Tinctur. præſtantiſſimum medicamentum eſt in Epilepſia, aliiſque morbis plurimis, cum liquore conuenienti exhibitum.*

*Alia, Manna dicta.*

Manna ſimili modo parari poteſt ex Minera ♀is, &c. Sicut Manna ♂, ex minera ♂.

*Quinta eſſentia ♀is.*

♀ poſt expulſionem ♌us albi & rubei olei reſiduum, expone äëri pluuioſo, vt humeſcat, (aliàs parum ſalis obtinebis) perfundatur phlegmate ſuo, eliciatur ſal vt moris eſt, cuius pars vna confundatur cum part. duabus ſpir. & olei ♀is, ſtent in digeſtione per 14. ☍. Tingetur colore rubeo.

Vires. *Hæc Tinctura leuiſſimo △ continuo fixata & coagulata, eſt ſummum arcanum ad morbos cerebri, ſang. depurandum, febréſque omnes contin. & intermitt.* S. Cloſſ.

*V. SALIFICATIO.*

*1. Sal:*

Sal ♀is 🜨tum ex viridi æris elixiuiari poteſt beneficio 🜸, nimirum 🜸o aliquantulum abſtracto, reſiduum frigori exponitur, ſic congelantur Cryſtalli.

*2. Aliter, ſecundum Thold. ex Baſil.*

℞. Reſiduam materiam, ex qua Tinctura Baſiliana extracta eſt, exicca, & affunde 🜄m mellis, vt extrahatur Sal: abſtrahe tandem 🜄m mellis, & digere cum 🜄.

Vires. *Sal ♀ calfacit intenſius quam reliqua Metallorum ſalia coroborat ventriculum, cruditatéſque inibi emendat, proinde flatibus, aliiſque affectibus inde oriundis, v. gr. colico, & ſimil. medetur; vterum frigidum calfacit, eius ſuffocationem ſanat, menſtrua promouet, renum quoque morbis ſuccurrit.*

*Doſis gran. 3. ad 8.*

*3. Aliter.*

Calcina limaturam ♀is cum 🜍e, (eodem ſcil. modo, quo ſupra ♂m calcinare docuimus,) hinc elixiuia ſal coquendo cum 🜄 fontana: aqua hac euaporata relinquitur ſal, ſeu 🜨m ♀is.

Vires. *Inſeruire poterit loco 🜨i, ac proinde eadem inde Medicamenta parari poſſunt, quæ in 🜨o dedimus.*

*VI. SVBLIMATIO.*

*Flores ♀.*

Fac lixiuium ex ℔. ij. 🜕 & ℔. 1. 🜹 hoc coagula in ſalem, quem M. cum part. iij. boli communis, & ſpiritus albos educ inſtar 🜅, △ per gradus aucto. Rectificentur.

♃ Huius menſtrui part. iv. limat.

mat. ♀is (aut quod melius Virid. Æris) part. 1. pone inter 🜋 vaſe obturato, ſoluetur metallum inſenſibiliter, affunde aliud, tantiſper, donec feces nigræ & leues tantum ſuperſint, aq. ſoluentem abſtrahe, quod remanſerit vrge △ aperto in cucurb. ita eleuabitur metallum in flores ſub dio reſolubiles in Balſamum viride.

Vires. *Vſus eius eſt in Vlceribus cacoëtheis, ſi verò eoſdem à ♌bus ✳ci vindicaris, tunc ſecurè & abſque morſu Vulnera & vlcera quæuis exiccant, Exempl. & Vnguentis permixti.*

*Ex commun. eiuſdem S. Cloſſei.*

*Oleum Virid. Æris cauſticum eiuſdem.*

℞ Virid. Æris part. 1 🜕 part. ij. ponantur in catillo, incendantur carbone donec deflagrarint, quod remanet ſoluatur in cellâ per deliquium, vel in veſicâ ſuillâ diligenter clauſâ in aqu. demerſa. Valet ad puſtulas ♀eas & verrucas abſumendas.

---

## CAP. XIII.

### *De Plumbo.*

Ad tertiam progredimur Metallorum Claſſem, quæ Metalla ignobiliora minus dura continet, Plumbum ſcil. ac Stannum.

*Præparationes ſunt.*

1. Purgatio. 2. Calcinatio. 3. Sublimatio. 4. Deſtillatio. 5. Extractio, quibus addi poſſunt Mercurificatio, Salificatio & Liquatio.

Plumbum Metallum eſt viliſſimum, conſtans ex 🜍re indigeſto, Sale aluminoſo ac ☿io, naturam ♁ialem æmulante.

Dicitur Saturnus, quia tùm macrocoſmico, tùm microcoſmico Saturno, id eſt, lieni conſecratum ſtatuitur. Græcè Μόλυβδος. Germ. *Bley*.

Vires. *Refrigerat, adſtringit, incraſſat, &c. libidinem reprimit, vlcera carnibus implet, cicatrice obducit, excreſcentiiſque liberat, vlceribus cheroniis quæ vocant, malignis, cancroſis & putredinoſis, tùm per ſe, tum quibuſdam aliis permiſtum, conuenit.*

### *I. PVRGATIO.*

Fundatur ♄, dúmque fluit, iniice aliquid ceræ vel axungiæ aurigarum (*VVagenſchmier*) vt efflagret, hinc effunde in aquam (calidam.)

### *II. CALCINATIO.*

1. *Incineratoria.*

Funditur plumbum, auctóque igne vt olla candeat, continua agitatione reducitur in cinerem, ſeu calcem cineream.

2. *Reuerberatoria.*

*Vnde Minium Officinarum.*

Calx illa ♄i continua agitatione reuerberatur vlterius vt rubeſcat.

N. *In reuerberatione caue ne iterum fluat, alioquin in plumbum de nouo conuertetur.*

3. *Cementatoria.*

*Vnde Plumbum vſtum Offic.*

Fiat S. S. S. ex ♄i bracteis & 🜍re

 pulueri

pulueriſato, vratúrque hac ratione ♄: poſt vſtionem ſæpius abluatur & reſiccetur. Et hoc eſt plumbum vſtum Officinarum, quod lauari poteſt, vt Cadmia. *Dioſcorid.*

4. *Immerſiua.*

Etſi ♄nus beneficio cuiuſlibet liquoris acidi calcinari poſſit, quales ſunt 🜄, ♌ ⊖is, ⌽i, ⊕i, 🜊, & ſimil. attamen ſolo ferè 🜊 in Officinis contenti rariſſimè reliquis vtimur.

*Vnde*

1. *Saccharum ſiue Sal ♄i.*

℞. Calcis ♄i, vel minij, q.v. affunde 🜊, ſtent aliquandiu, extrahatúrque ſ. a. decantatos liquores filtra, humiditatémque abſtrahendo coagula: ſic habes Sal ♄i, quod iteratis ſolutionibus ac coagulationibus, (primo in 🜊, dein quoque in ▽,) purificari, & tandem ad cryſtalliſandum reponi poterit, reiectis in operatione fecibus.

N. 1. *Quidam à Sale illo ♄i 🜊 aliquoties (3) cohobando abſtrahunt, hinc affundunt 🜄, cohobántque itidem vicibus tribus.*

N. 2. *Simili modo & ex ♄ granulato ſal elici poteſt, quod præſtat priori.*

N. 3. *Si 🜊 acuaueris ♌u ⊕i, vel ⊖i, facilius negotium perficietur.*

N. 4. *Sal ♄i cryſtalliſatum ſi in cellam repoſueris, liqueſcet paulatim, atque hac ratione o°o ♄i per deliquium acquiri poteſt.*

N. 5. *Fit ex hoc Sale & Balſamus ♄i, quem vide in Lithargyrio.*

*Aliter.*

℞. Laminas aliquot ♄i tenuiſſimas, ſuſpende partim in cucurbita ſupra 🜊, partim quoque ipſi 🜊 immerge. Hinc deſtilla cum cohobiis: deſtillatum hoc, cum eo, quod in fundo remanſit, filtra, addendóque ceruſſam, quæ laminis adhæret, digere aliquandiu: tandem leniſſimo calore abſtrahe aliquotam 🜊 partem, reſiduúmque repone ad cryſtalliſandum ſ. a. cryſtallos collectos purifica ſoluendo, coagulando. *Keſler. libr. 1. c. 17.*

2. *Magiſterium ♄i.*

Solutioni ♄i inſtilla o°o [illegible]i p. 1. & præcipitabitur.

Vires. *Saccharum & Magiſterium (vtriúſque enim eadem ratio eſt,) intra corpus ſumptum, frigiditate ſua libidinem extinguit.*

*Doſis gran. 4. 5. 6.*

*Extrinſecus, arcet libidinem, ſi vmbilicus & priapus eo inungantur.* (N. *Si viciſſim mederi velis, vtere Balneo Laconico, & inunge vmbilico o°o nucis muſchatæ deſtillatum.*) *Mira quoque præſtat in vlcerib. corroſiuis, malignis, cancroſis, impetiginibus, ambuſtis ac inflammationibus. Diſſoluit tumores duros & ſcirrhoſos, applicatur commode contuſionibus, confértque inflammationibus rubedinique oculorum, in ▽ roſarum & euphraſiæ vel ciliis quoque impoſitum. Croll. Beg. Senn. in Inſt.*

N. *Sal ♄i cum ⌽ ana in Cryſtallos concreſcit aſthmaticis proficuos, vide c. 23. ſub titulo ⌽i Saturniſati.*

3. *Aliud Magiſterium ♄i, ſ. Lac ♄i dictum.*

℞. Solue laminas ♄i in ♌. ⊕i rectificat. vel 🜄, (ex ⌽ & O ana) decanta: ſolutioni affunde 🜄 rectificat. vel aquam ſalſam. (i. e. aquam in qua ſal ſolutum) & præcipitabitur ♄us inſtar niuis, præcipitatum edulcora & exicca.

4. *Liquor lacteus ♄ni ad vlcera S. Cloſſ.*

Imbibe

Imbibe ℥j. ſalis ♄ni cum ℈j. ol. 🜍 campanarij, ſtet per aliquot ☍ in frigido, iterúmque eadem quantitate 🝆 irroretur & ſulphurari permittatur in phialâ, quam reple ℥ıv. aqu. comm. & agita vt lacteſcat.

Vires. *Hoc liquore lacteo imbuantur pittacia ſiue ſplenia dupl. & applicentur bis aut ter in ☍ calidè ſuper vlcera dyſepulotica quæ citò cicatrice obducentur.*

5. *Calcinatio Vaporoſa: vnde Ceruſa.*

Suſpendantur lamellæ ♄i ſupra 🜊, vt vapores ab aceto eleuati circumeant. Sic adhæreſcet paulatim Ceruſa, quam derade, &c.

N. *Sublimationem in Mercurificatione videre licet.*

## *III. DESTILLATIO.*

*Vnde*

1. 🝉 ♄i ardens.
2. 🝆 flauum.
3. 🝆 rubrum.

℞. Sacchar. ♄i (vel potius 🝆 ♄i per deliq.) deſtilla per retortam vitream lutatam in excipul. capaciſſ. iuncturis bene clauſis, △ gradatim adhibito, donec rubræ guttæ cadant, nihilque amplius extillet.

N. *Deſtillatus hic liquor quatuor diuerſa menſtrua exhibere aptus eſt. Spiritum ſcil. ardentem, 🝆 flauum, phlegma, & 🝆 rubrum: quorum ſeparatio fit per retortam vitream in 🝫 vel cinere, receptaculis ſcil. pro diuerſitate liquoris extillantis, mutatis.*

*Cognoſcitur autem diuerſitas liquoris, 🝉 ardens prodit ſine vllis venulis in collo retortæ apparentibus, 🝆 flauum, cum venulis obliquis, ceu vinum ardens: phlegma cum venulis rectis: relinquitur 🝆 rubicundum in fundo: phlegma ſeparatur ab 🝆 flauo ſeorſimque ſuſcipiendum eſt.*

Vires. 🝉 *ſubdorificus eſt, hinc prodeſt in Peſte, Melancholia Hypoch. Febribus ardentibus, Lue venerea, & ſim.*

*Doſis gut. 2. 3. Tentzel.*

N. 1. *Venereum appetitum infringit.*

N. 2. 🝆 *flauum* ☍ *aliquot digeſtum rubeſcit.*

N. 3. *Cum ſpiritu & phlegmate ſoluuntur & præcipitantur perlæ ad tincturam inde conficiendam. Vide tincturam Perlarum.*

*Cum* 🝆 *flaueſcente. Fit ſolutio* ☉. *vide de* ☉.

🝆 *rubicundum mundificat ac ſanat vulnera, ſi illinatur.*

🝎 *mundificat itidem vulnera.*

*Vide Beguin. lib. 2. cap. 4. Haromann. in Croll. Sennert. Inſtitut. Keſler. libr. 4. cap. 57.*

4. 🝆 ♄*i balſamicum.*

℞. Balſamum ♄i Terebinthinatum, deſtilla per 🝭, igne nudo gradatim adhibito. Primo ſtillat 🝉. Terebinthinæ, tandem 🝆 ♄i balſamicum; ſuſcipe ſeorſim.

Vires. *Maximarum eſt virium in cancroſis, æſthiomenis & cæteris malignis vlceribus.*

## *IV. SVBLIMATIO.*

*Vnde*

*Sal* ♄*i volatile.*

℞. Min. ♄i q. v. ſolue in 🜹 ſolue quoque ſal fuſum in 🜄. com. Vtrumque confunde. Sic extemplo 🝟bitur puluis albiſſ. qui probè edulcorandus & exiccandus.

N. *Hoc Sal laminæ ferreæ candenti impoſitum liqueſcit inſtar ceræ, neque effumat.*

*Ex communicatione Cloſſ. D. Ioëlis Langelot.*

*V. EXTRACTIO:*

*Vnde*

1. *Sulphur* ♄i, *ſeu* 🝆 *ſupernatans.*

℞. Mannæ ♄i, circula aliquandiu cum 🜈 rectificatiſſ. abſtrahe 🜈 gradatim: ſic aſcendet tandem & 🝆 ♄i, ſupernatans.

N. *Si* 🝆 *hoc cum* 🜈 *denuo circules tandem fragrantiſſimo imbuetur odore.*

Vires. *Maximarum eſt virium in affectibus pulmonum phthiſi,&c. Dn. D. Paulus Keller.*

2. *Tinctura.*

℞. Cryſtall. ♄i cum 🜊 fact. extrahe cum 🝆 o iuniperi, ac rubeſcet 🝆 abſtrahe, ſi placet, & ſerua, vel digere cum 🜈, iterúmque abſtrahe.

N. *Remanet materia poſt extractionem ſali extrahendo idonea.*

3. *Alia.*

℞. Cryſtall. ♄ (cum 🜊 factor. & edulcorator.) q. v. extrahe cum 🜈, filtra, digerendo defeca, (ſubſident enim feces,) abſtrahe tandem 🜈, & remanet Tinctura in fundo rubra, *Keſler. lib. 4. cap. 70.*

*Doſis gran. 2. 3.*

4. *Alia Tinctura* ♄*i elaboratior*

℞. Sal ♄i cryſtalliſat. q. v. affunde 🜄 pluuial. ſæpius (8.) deſtillatam, ſoluéque quoad poteris, & decanta. Decantatos liquores deſtilla in MB ad ſiccitatem. Hinc affunde ♌m mellis, circula per menſem, ac deſtilla cum cohobiis, multoties repetitis. Tandem abſtrahe mellis ♌m, remanentíque Eſſentiæ, adde ⊖ ex ☉ ♄i extractum & cum 🜈 ♃ſato, per menſem vnum ac alterum circula. Hinc 🜈 abſtrahe, remanebítque Magiſterium ſeu Tinctura ♄ rubicundiſſima.

N. *Hoc inſerere placet quæ Etzlerus de* ♄ *habent in Iſagoge ſua: Ex plumbo*, inquit, *conficiuntur medicamenta facientia ad longæuitatem: Calcinetur plumbum per vapidi attactionem, & per menſtruum debitum extrahatur tinctura: Hæc poſtmodum abſtracto menſtruo per debitam calcinationem & circulationem conuertitur in lapidem rubicundum, pellucidum.*

Vſus. *Præſtantiſſima eſt Medicina in Mania, Melancholia, Quartana, Phthiſi, Lienem aperit, in Melancholia Hypochondriaca apprime conueniens eſt.*

5. *Alia Tinctura, Manna* ♄*i dicta.*

℞. ♄ laminat. q. v. extrahe Tincturam cum ♌u ♄i eſſentificato, filtra & abſtrahe.

6. *Cremor* ♄*ni S. Cloſſ. & inde Tinctura.*

♃ 🜊 partes x. ♌ ⊖is part. ij. mineræ ♄ni in alcool redact. part. 1. Digere per octiduum in 🝪, vel plus donec dulceſcat 🜊 ſolutum filtra & inter exhalandum ſæpius cochleari vitreo ſubleua cuticulam ſeu Cremorem glaciatum niuis inſtar ſplendentem, dum eius ſuffic. quantit. habeas, reliquum cryſtallizetur & ad alios vſus ſeruetur.

7. *Lapis & Tinctura.*

Cremorem hunc indito vaſi fixatorio H. S. in capellâ 🝪da △ primo leuiſſ. per 40. ☉, cauendo ne fluat materia (vt in ſale ♄ vulgari accidit ineuitabiliter) quibus elapſis proba ſuper laminam candentem, an fluat cum fumo, ſi ſic continua △ in eodem gradu, donec fumare deſinat, & citrinari incipiat, tum △ auge dum croceſcat, auge fortius

fortius ad rubedinem vſque totalem pulu. è quo Tinctura cum 🜄 non difficulter poſtea habetur.

Vires. *Valet ad morbos ♄inos.*

8. *Tinctura facilior.*

℞ minij ♄i part. v. ſilicum calcinat. part. ij. terantur duriſſimè fluant in tigillo △ per gradus adhibito, donec in lapidem Rubini æmulum colliqueſcat, *qui tritus* Tincturam ſuam in 🜄 ♀ ſatum deponit.

*Ex commun. S. Cloſſ.*

N. *De hoc Rubino ♄ni vel ſequenti vitro ♄ni videtur intelligendus Glauberus prima parte furnorum p. 80. vbi calcem politam ♄ni miſcet cum ⊖ ♀ri & inde deſtillat Spiritum gradatorium, & liquorem viridem per deliquium ex 🝫 excipit. Vel fiat Rubinus ex calce ♄ni ſiue minio vt eſt in pag. 151. ſecunda partis Glauber.*

9. *Tinctura ex Vitro Saturni.*

Saturnus vi expreſſiuà △ follium ſuper teſtà probatorià redigitur in gummi flauum coloris arantij, tranſparens, fuſile non euaporans in △, eſtque aqua illa viſcoſa mineralis, quam Rhodianus ait omnium metallorum colores, odores & ſapores ad ſe trahere, cum conſeruatione facultatis vegetatiuæ (videſis Beguinum tit de ſpiritu ardente ♄ni) quod ſic fit. Spiritus metallorum: Miſce calcem cuiuſcunque volueris metalli cum hoc Gummate Mariæ, mixturam arte fuſorià redige in Encauſton ſiue Smaltum opacum, quod in pulu. redactum facilè Tincturam ſuam ☓ communicat, ſcil ☽ & ♃ ſubflauum colorem, ♄nus ex luteo vireſcentem, ♀ praſinum, ♂ ſanguineũ, ☉ hyacinthinum impertitur. Soluente verò abſtracto, reſtitans inde gummi mittitur in 6 extillaturque fumus albus, opacus, tactu frigidus, quod tandem in Oleum abit naturæ vegetatiuæ. *Baſil. Vigenerius.*

*V. MERCVRIFICATIO.*

*Vnde*

1. *☿ius ♄i.*

℞. ⊖ ♄i, q. v. ∴ ✳, p. d. ad emin. 2. digit. digere in cinere ♂ ♀ 14. Dein deſtilla & tandem auctiori △ ſublima. Flores tere optimè cum ☓ ⊖ leque ac habebis ☿m currentem ♄i. *Keſler. lib. 1. c. 29.*

2. *Aliter.*

℞. Calc. ♄i, (per 🜄 ex. 🜍 & ☽,) optimè edulcorat. Cryſtall. [illegible] purif. ana [illegible], ſublima per cucurbitam tubulatam, flores tere cum ♁.

N. *Antequam affundatur 🜄, digerenda eſt limatura ♄ ♂ ♀ (14) cum lixiuio, ex ✳ ⊖ ♀ & ♆ in ▽ vel ☓ quo lixiuio dein euaporato, ♄ terendus eſt ſupra Porphyr. Keſler. lib. 4. cap. 29.*

3. *Aliter.*

Fiat lixiuium ex ciner. clauell. ℔. 1. ciner. ſarment. vitis ℔ iv. ♆, ℔. 1. ſilic. vſt. ℔. ij. cum ☓. In hoc lixiuio ſolue ♄ limat. & quando lixiuium lacteſcit, iniice Borrac. ℥. (ſcil. reſpectu ♄i iniecti) vt ſoluatur: dein deſtilla gradatim, & extillabit tandem in receptaculum ☿ currens.

4. *Aliter.*

♃ aqu. ✳ ci ſublimati & in cella reſoluti ℥ij. ol. ♀, ſpir. ☽ ana ℥iß. M. digere per biduum in lapidem.

℞ huius lapidis puluerif. ℥j. laminarum ♄ni ℥ij. laminæ ſoluantur in ℥iv. [illegible]us ☽, ſolutio proiiciatur ſuper lapidem, putrefiat per menſem aut vltra, abſtrahatur [illegible]us vſque ad liquo-

rem cum cohobio terno, tandem detur △ ♎atorius vt calx ♄ni aſcendat, quam digere cum 🜈 fortificato ✳co & ſale [illegible] per diem naturalem, agita inter digitos, & calx ad vitã excitabitur.

*SALIFICATIO.*

*Sal ♄i verum.*

℞. Materiam quæ remanſit poſt extractionem cum 🝆 iuniperi peractam, ſicca optimè, vt oleoſitas penitus conſumatur: extrahe ⊖ cum 🜋 [ſic extrahitur ⊖ quod ante extractionem impediebatur, quo minus reſolui poterat] abſtrahe 🜋, ac repone ad cryſtalliſandum, Cryſtallos clarifica abſtrahendo 🜈 & ſerua, *Baſilius Teſt. & hinc Tholdius.*

Vires. *Refrigerat vehementer & exiccat, proinde ſemen extinguit.*

*Doſis g. 4.*

*Extrinſecus medetur oculorum rubedini, vlceribúſque totius corporis.*

N. *Si oleum ſeu Liquorem expetis, per deliquium id ex ſale habere poteris.*

---

## CAP. XIV.

### *De Stanno.*

STannum eſt Metallum molle, album, ſplendens cum liuore quodam, conſtans ex ☿io puriore (in genere ignobiliorum,) molliore fugacioréque quam Metalla duriora, fixiore vero quam plumbum, & ♀re albo minus maturo.

Dicitur Hermeticis Iupiter, quod Ioui macrocoſmico ſympathice conueniat, & proinde Ioui microcoſmico, id eſt, Epati: nonnullis, plumbum album. Germ. *Zin, VVeiſzbley.*

Vires. *Præterquã quod Epati conuenit, vteri mobis peculiariter quoque dicatur.*

*I. PVRGATIO.*

Funditur ad ignem, atque inter fundendum ſuperiniicitur aliquid ſeui, ceræ, vel mellis, vt comburatur. Hinc effunde in ▽m calidam.

N. *Purgari quoquo poteſt per ſublimationem, vide infrà.*

*II. CALCINATIO:*

1. *Incarnationis, &* 2. *Reuerberationis.*

Fiunt eodem modo, quo ♄ calcinare docuimus.

3. *Immerſionis.*

Fit itidem immergendo, liquoribus acidis ac corroſiuis, vt in ♄, vſitatiſſimè tamen per 🜋.

*Vnde*

1. *Sal ♃is.*

Vide Saccharum ſeu Sal ♄i, ad cuius modum vt parari & cryſtalliſari, ita & cum 🜈 exaltari poterit.

N. 1. *Niſi ♃ optimè fuerit reuerberatus nihil effeceris.*

N. 2. *Simili modo & ex floribus Sal conficere licet.*

Vires. *Præſtantiſſimum ac præſentiſſimũ eſt remediũ in vteri ſuffocationibus, quas ad miraculum compeſcit, tam intrinſecus, quàm extrinſecus adhibitum. Commendatur itidem extrinſecus ad omnia vlcera fœtida, fiſtulas, cancrum, & alia eſthiomena.*

*Doſis g. ij. iij. iv. &c. repetitis vicibus.*

2. *Magiſterium.*

Fit quoque ſimili modo per præcipitationem.

N. *Paraui quondam Magiſteriũ ♃is ſoluendo*

*ſoluendo ſcil, reuerberatum in 🜋 præcipitandóque per Ωm 🜔i, verũ cum alia vice, idẽ ex calce ♃is, à Stannariis empta meditarer, nihil effeci. Præcipitatio autem ſubſecuta eſt inſtillando vrinam.*

Vires. *Eædem ſunt cum priori.*

4. *Calcinatio Vaporoſa.*

Similiter quoque vt in ♄o dictum peragi poteſt.

*III. DESTILLATIO.*

Deſtillationi quoque eidẽ obedit, cũ ♄o, vnde lectorem eò remittimus.

*Hinc*

1. ♃. *Diaphoreticus Beguini.*

℞. ♃. optimè limati vel calcinati, ℥ij. 🜍ꜵt; ℥iv. Miſc. & deſtilla per retortã, ex arena, vel igne nudo gradatim adhibito, idque in excipulum ∇ ſemiplenum & præcipitabitur puluis, quem laua, exicca & ſerua.

N. 1. *Cum incipit deſtillare ignẽ ſuppreſſium adhibe, vt calor ſit moderatus.*

N. 2. *Pulueris huius origo potius ♀it adſcribenda quam ♃i. Sunt tamen qui ſtatuant pulu. hunc nil eſſe aliud quàm partem puriorem ♃ per Ωus ſalinos & 🜔latos calcinatam ſolutam atque extillantem, cum per fuſionem abeat in Regulum ♃ vt ille Regulum ♁ij redibat.*

N. 3. *Aqua reſidua Ωu 🜔i philoſophico impragnata, deſtillationi ſubiici poterit, vt inde habeatur Ω 🜔is philoſophicus, modo ſupra in Ωu 🜔i, deſcripto.*

N. 4. *Si poſt extillatũ butyrũ Ioniale ignẽ ſuppreſſionis per gradus dederis, tũc in collũ 6 ſublimabũtur flores argentei.*

*Doſis* ℈. 4. 5. 6. *Beg.*

2. *Sulphur ♃is, ſeu* 🜍 *ſupernatans.*

Elici poteſt ex Maſſa ♃is: modum vide in ♄o.

N. *Eâdem ratione quoque fragrans reddi poterit.*

3. *Gummi Ioniale ſublimatum & Oleum S. Cloſſ.*

℞. Limat ♃ ℥ij. ☿ Ωti ℥vi. M. manu celeri, pone in 6 collo peramplo inſtructam, pelle per 🜂 Ωum ſemper fumoſum, poſtea butyrum, indéque ☿ viuus in copiâ exibunt tandem adhibito ſuppreſſionis igne eleuabitur tota ♃ ſubſtantia, gummatis griſei ac præduri ſpecie, paucis admodum fecibus rubris in fundo ſubſiſtentibus. Hoc gummi ſtatim puluериſandum eſt, aliàs ſubdio humeſcit, deinde ſuper tabulâ ♂ ſtanno obductâ collocandum in vinariâ, vbi colliqueſcet in Oleũ flauum.

4. *Sulphur ♃.*

Id quod remanet non colliquatum ſuper laminâ ♂. M. cum fecibus ſuperioribus affunde 🜊 digere per quadriduum abſtracto 🜋 reperies 🜍 rubrum ♃is inſtar Minij.

5. *Sal ♃.*

Reſolue hoc 🜍 in aq. communi, vel per ſe, in humido liqueſcat, filtra coagula ſolue, iterum erit coloris Smaragdini cum quadam dulcedine.

Vires. Oleũ numeratur inter ſoluẽtia metallorũ, 🜍 & ſal externis tantũ vſibus inſeruiunt; ſpiritus verò ♃. (quem ideò ſẽper fumoſũ vocaui, quod in nullo vaſe abſq; effumatione ſenſibili poſſit contineri) Gangrenas ſolo attractu curat.

6. *Cryſtalli ♃ eiuſdem.*

℞. Superioris Ωus fumantis ex ♃ inſtar aquæ claræ proliciti quantũ videbitur, affunde per vices parũ 🜅 tincturâ ſalis ♀ri imprægnati, eleuabũtur bullæ cũſtrepitu & fumo. perge inſtillando, donec ceſſet tumultuatio, pone vas inter calidos 🝗 & fiet coagulatũ nigrũ picis inſtar, da ignẽ ♎ationis & ſurgent Cryſtalli albi fuſiles velut cera.

*Qui Vlcera ſcrupuloſa cancroſaque*

*curant inurendo profundam Eſcharam, quâ ſublatâ, balſamo 🜍is ad cicatricem perducuntur.*

### IV. SVBLIMATIO.

℞. Calc. ♃ [e.gr. per [symbol]] ſublima per ollas cucurbitæ tubulatæ impoſitas, ad modum quo flores ♁ij parantur. Nimirum calx illa per vices iniicitur, tubuliſque foramen ab iniectione obturatur.

N. 1. *Parum intereſt, an calcem vel limaturam ♃is receperis.*

N. 2. *Flores hi nihil aliud ſunt, quam ♃ depuratum.*

### V. EXTRACTIO:

*Vnde*
*Tinctura Baſiliana.*

℞. Laminas ♃is, cementa cum pumice, (terna calcinatiene reſtinctoria in Vino,) calcinato, ſubtiliſſiméque puluerisato, in + bulo benè lutato & clauſo, ♂ ♀(5) per gradus △. Deinde derade puluerem de laminis, eique extrahe ſ.a. Tincturam cum 🜈. Poſtmodum abſtrahe 🜈, & habes Tincturam ♃i. *Tholdius.*

### VI. SALIFICATIO.

*Vnde*
*Sal verum.*

℞. Reſiduum ex quo, beneficio 🜈 Tinctura prior Baſil. extracta eſt, affunde ▽m mellis, ſténtque per aliquot ♂♀. Sic elicitur Sal, quod abſtracta poſtmodum ▽a mellis, fit conſpicuum. *Tholdius.*

Vires. *Conducit ad Epilepſiam, Melancholiam, Vertiginem: Catarrhos exiccat, præcipue qui ad oculos deſtillant.*

*Doſis g. 6. ad ℈j. vel ℈ij.*

### VII. MERCVRIFICATIO.

Miſſa eſt mihi deſcriptio ☿ij ♃ Monſpelio pro certiſſimâ, quam in Cent. 1. Keſleri art. 22. poſtmodum reperi, ideóque eam non adſcripſi. Si quid ☿iis metallicis tribuendum eſt, hæc certè non erit momenti minimi, cum in eâ 🜍 impurum comburatur cum ⊖, deinde pars ☿alis aſcendat per ♎ationem, quæ tandem putrefactione & ebullitione in ☿um currentem reducitur. *S. Cloſſ.*

---

## CAP. XV.

### *De Mercurio.*

Metallis ſubiungimus Mineralia Metallis finitima, quæ ſi Semi-Metalla appellare libet, non magni refert. Súntque ☿ ♁ ♀.

Mercurius nihil aliud eſt, quam liquor mineralis, ſeu metallicus volatilis, metallis & præ aliis ☉i auide adhæreſcens.

Dicitur Argentum viuum, Hydrargyros. Arabicè Zaibar, vel Zibach. Barbarè, Azock, Azoth, Germanicè *Queckſilber.*

Eſt

Eſt natiuus(*de quo hic*) & artificialis,è metallis extractus, qui & Mercurius corporum dicitur.

Natiuus etſi nonnunquam per ſe ipſa natura operatrice, *ſeparatus* inueniatur, plerunque tamen ex terra minerali,quam cinnab*arim* vocant, vi ignis euocatur. *Vide cap.ſeq.*

*Delectus.*

*Mercurius* non æque bonus omnis exiſtit,ſed variat, tum ratione matricis, ſeu loci natalis, tum ratione inquinamentorum quibus nonnunquam per ſe in terrâ conſpurcatus eſt,nonnunquam & à maleuolis adulteratus venditur.

Natali loco cenſetur optimus, qui eruitur è mineris vicinis auro vel argento,& hinc præfertur *Hiſpanicus* & Vngaricus.

Inquinamentorum ratione præualet, qui minus ſcatet commixtione arſenicali, antimoniali, ſaturnina, cadmioſa, quibus nonnunquam in terræ cuniculis venenoſius redditur,hinc & qui minus falſaria artificis manu adulteratus eſt: adulterare enim eum adeo exactè norunt,(plumbi ſcil.& ☿ij beneficio Biſmuthique commixtione, (vt quoque ſimul per corium tranſire æquè ea queant,adeóque difficile ſit fucum cognoſcere. Eapropter ne qua incautus decipiaris, non è re erit,hæc bonitatis ſigna obſeruare.

1. Mercurius cenſetur bonus, qui per retortam propulſus nihil recrementi relinquit.

2. Qui in cochleari argenteo euaporationi ſuper prunis expoſitus maculam cochleari relinquit flauam, aut albicantem,non nigram aut fuſcam.

Vires. *Internè mundificat ſanguinem ab inquinamento,præcipuè venereo: Fugat lumbricos, difficilem promouet partum, &c. Externè inunctus, ſanat ſcabiem omnis generis, fugat pediculos,reſoluit duros tumores. De collo ſuſpenſus, præſeruat à peſte,& (vt nonnulli volunt,) ab incantatione, faſcinationéque. Imo quoad eius præparata, nulla res in Officinis eſt, ſi ♁ excipias, ex qua maior medicamentorum ſupellex elici poſſit, quam ex ☿io. Suppeditat enim purgantia, ſudorifera, mundificantia vulnera, acrimoniam, (præcipuè in Gonorrhæa,) lenientia, vt patebit in formis medicamentorum inde paratis.*

*Vſus ☿ij crudi internus & externus eſt. Intrinſecus tamen rarius adhibetur, extrinſecus ſæpius. Modus applicandi intrinſecus eſt in pilulis,e.gr.Barbaroſſæ. Quinimo cum certo quodam ſucco pulueriſari ac exhiberi poteſt.*

N. *Si ☿m, (ſiue crudum, ſiue præparatum,) exhiberi intrinſecus volueris, conuenientius in pilulis exhibetur,quam in alia aliqua medicamenti forma, ne dentes ſcil.quibus noxius eſt tangat.*

*Vſus externus eſt in vnguentis,(in quibus penitus diſparet,) in Emplaſtris, (quæ in ſcabie)complicaturis ſaltem articulorum adhibentur. Sed caue nimium adhibeas. Etenim cum ſaliuatione oris putredinem inducit, loco quocunque applicatus,id quod de præcipitato ſimiliter obſeruatum eſt.*

*Præparationes ☿ij ſunt,*

1. Purgatio. 2. Calcinatio & Præcipitatio. 3. Sublimatio. 4. Deſtillatio. 5. Extractio. 6. Liquatio. 7. Salificatio.

## *I. PVRGATIO.*

Purgatur ☿. 1. *Expreſſione*,per corium, qua fecibus craſſis in corio remanentibus ☿ tranſit.

N. *Et metalla ſi benè admixta ſint*

*ſimul tranſeunt.*

2. *Lotione.*

Lauetur autem vel per 🜊 ſimpliciter, aut cum ⊖e mixtum, vel per lixiuium calcis viuæ, & cinerum clauellatorum, vel etiam per lixiuium ſaponariorum, ſæpius nimirum cum his agitando, & viciſſim à ſordibus eluendo.

Quinimo purgatur quoque agitatione forti cum 🜅 *in vitro* obturato, ſeparatur enim nigredo ad latera.

3. *Deſtillatione.*

Nimirum deſtillatur in arena per retortam igne ſat forti, idque per ſe, id eſt, ſine additione, vel addito ſale 🜿i, calce viua, & ſimil. Optimè vero purgatur amalgamando cum metallis perfectis, ac poſtmodum per retortam, à corpore admixto ſeparando.

N. 1. *Sequeſtrari quoque poteſt ☿ puriſſimus, per reductionem ex 🝆to.*

N. 2. *Purgationes quò ſæpius iteraueris eo puriorem ☿m colliges.*

N. 3. *Optima purgatio fit à metallis perfectis aliquoties cohobando.*

## *II. CALCINATIO & PRÆCIPITATIO.*

Calcinatio ☿ij communiter præcipitatio dici ſolet, voce tamen minus accurata, & nimis ſtricta, quippe quæ ſolam ſeceſſionem ad fundum ſonat: nihilominus tamen morem hunc ſequar, calcinationémque Præcipitationis voce exprimam, adeóque ☿s calcinatus nomine Præcipitati veniet, qui vel ſine Metallis vel cum Metallis.

*Eſt itaque ſine Met.*

1. *Præcipitatio ☿ij, per ſe.*

℞. ☿ puriſſ. ℥ij. vel q. v. iniice in phiolam, (peculiariter in hunc vſum factam, infernè. ſcil. latam, supernè compreſſam, intus roſtro anguſtiſſimi orificij in ventrem vſque producto,) vt tantummodo fundus operiatur: phiolæ exactè ad æquilibrium in arenam collocatæ, [vt ☿ æquali craſſitie vbique fundum tegat,] ſubdatur △ primo lentus, poſt fortior, donec ☿ in puluerem rubicundiſſimum inſtar cinnabaris conuerſus ſit: hunc ablue ▽is cordialibus, vel 🜅.

N. *Labor eſt multorum dierum* (30.)

Vires. *Sudores valde mouet, luem ♉ ſextes vel ſepties exhibitus penitus eradicat. Febres omnes tollit. Lumbricos eliminat.*

*Doſis, à g. iv. ad vj.*

N. 1. *Vt plurimum vomitum quoque mouet ſal violentum.*

2. *Præſtantior erit præcipitatus, ſi fiat cum ½. ☉is, vel ☽æ.*

Sennert. Inſtit. Hartman. in Croll. Tentzel. Beguin.

3. *Poteſt quoque præcipitari eadem ratione & amalgama ☉is & ☽æ, de quibus Crollius. Præcipitaui aliquando,* inquit, *amalgamata ☉is & ☽æ, ſeorſim per duos annos, & quamuis puluerem rubicundum nanciſcerer, tamen nondum erat debitè fixus, nec in vſum Medicum commodè adhiberi poterat, ſine vlteriori præparatione. Hæc Crollius.*

*Verum me herclè quia præcipitatus per ſe exhibetur, quid vetet, quo minus præcipitatus hic ☉is, ☽iſue exhiberi poſſit, non video.*

2. *☿ præcipitatio per ſilices.*

℞. ☿ij puri ℥ij. aut ad ſummum iij.

Silicum magnitud. fabar. ℔. ij.

Detine in △e arenæ, [aliquoties circumuoluendo, ac ☿m lateribus adhærentem detrudendo,] donec ☿ planè

planè fuerit præcipitatus, & ſilicibus adhæreſcat: Hinc ☿m à ſilicibus concuſſione ſepara ac ſerua.

*Vires ac Doſis conuenit cum præcedenti.*

*Hartmann. in Croll. Keſter. libr. 1. centur. 50.*

3. ☿ *fixatus. Panacæa.*

℞. ☿ viv. purg. ℥iij. 🜍 citrin. ℥ij. ✳ ℥iß. Miſc. exactè; donec nihil ☿ appareat. Poſtea ſublima, ſublimatum ſemper de nouo cum fecibus tritum ſublima iterum, tandem auge △, vt candeſcat: Id quod in fundo remanet fixum, medicina eſt ſecretiſſima.

Vires. *Omnes humores noxios exiccat, pérque diaphoreſin expellit.*

*Doſis* ℈ß. ℈j. ʒß.

4. ☿. *præcipitatus per* 🝆 🜍.

℞. ☿ij. purgat. ℔.ß. affunde 🝆🜍 per camp. ℔.1. digere per dies (2.) in arena, ac deſtilla poſtea per 🝭m vitream, cum cohobiis tribus. Quarta vice, ſi libet aliquid recentis 🝆 🜍 affunde, △mque in fine auge, vt 🝭 incandeſcat: ſic maſſam habes albam, quam, poſtquam aqua calida abluta fuerit, tere, inque phiola ſaltem goſſypio obturatâ, △i arenæ vehementiſſimo per ♉ 🝰 (octo) committe, vt ſi quid viui ſuperſit ☿ij, ſublimetur. Hunc denique ☿m fixum trina deſuper 🜈 incenſione vlterius correctum ſerua.

N. *Eodem modo poterit quoque* ☿ *peacipitari cum* 🝞u🜖i.

Vires. *Purgat omnes vitioſos humores, reſoluit catarrhos, contra infirmitates ex humorum putredine remedium eſt, quo in morbis deploratis vix experiri licet præſentius: Hinc vtile eſt in Hydrope, Podagra, Lue venerea, Venenis, Peſte, Febribus, Vlceribus malignis, Scabie.*

*Doſis à g.3. ad 6.*

*Croll. Sennert. in Inſtit. Beguin. Vntzer. de* ☿.

5. ☿ *præcipit. per* 🝆 🜖 *i rubic.*

℞. ☿ purific. q. v. digere cum 🝆 🜖 i rubicundo, donec ſub formâ liquidâ penitus ☿ lateat: Abſtrahe 🝆 per 🝭m in arena, & reſtabit præcipitatus in fundo.

N. *Ex hoc fit vitrum Mercurij, quod vide infrà.*

*Diſput. Chymico. Med. Hartman. 7. th. 127.*

6. ☿ *præcipit. per* 🝞m 🜈 *Mercurius Corollatus.*

℞. ☿ purific. 🝞m 🜈i, optimè rectific. ana ℥iv. digere, vt ſoluatur penitus ☿. Hinc abſtrahe 🝞m 🜈i in arena per phiolam longi colli, ] ☿io relicto trito affunde denuo tantundem noui 🝞 🜈, ac abſtrahe, idque vel tertiâ vice, videbis in fundo ☿m corallatum elegantem, quem △ l. paululum igniendo calcina.

Dulcis eſt & ſine corroſiua facultate.

*Vſus idem eſt qui Corallini & quidem felicior. Croll. Hartm. in Croll.*

7. ☿ *Præcipitatus per* ▽ *ouorum.*

℞. ☿ purific. q. v. affunde ▽ deſtillatam ex ouis ad duritiem coctis, & præcipitabitur in puluerem. Huic pulueri affunde ſæpius ▽ eandem, deſtillatam ſcil. à putaminibus ouorum calcinatis, cohobáque igne cinerum, donec ☿ ſit conuerſus in puluerem rubrum & dulcem.

N. *Paracelſus vocat Balſamum.*

Vires.

Vires. *Curat vlcera colli veſicæ, etiam quæ æſtimantur incurabilia, ſanat vulnera & vlcera externa. Vntzer.*

8. *Præcipitatus per Tincturam Smiridis, Præcipitatus miraculoſus dictus.*

Calcina Smiridem △ violentiſſimo, donec vireſcat, & lateribus +buli adhæreſcat, [aliquot horarum ſpatio fiet,] Extrahe dein Tincturam per 🜊 vel 🜈 opt. decanta & abſtrahe ad oleoſitatem.

℞. Huius Tincturæ ℥j. ☿ij. ℥iv. confunde, & præcipitabitur ☿ in momento: ☿m hunc, l. △ in +bulo candefac per horam, poſtea edulcora.

Vires. *Purgat leniter ἄνω ϗ κάτω.*

*Doſis gran. 3. 4.*

N. *☿ius hic purgat tantummodo per inferiora, ſi horis duabus igniatur, ſin verò horis quinque vel ſex, euadit fixus ac diaphoreticus.*

2. *Aptior erit Smiris ad Tincturam eliciendum, ſi aliquoties in ▽ antea extinguatur.*

*Beg. Gluckr. Keſt. lib. 3. c. 42.*

*De ſolutione in 🜅 communi.*

9. *Præcipitatus communis.*

℞. ☿ puriſſ. p. 1. 🜅 p. ij. ſolue ac præcipita, affundendo ſcil. ▽am ſalſam vel abſtrahendo 🜅 per deſtillationem cum cohobiis tribus. Præcipitatum edulcora iteratis ablutionibus, vel reuebera, vt à ſpiritibus 🜅 liberetur.

Vires. *Purgat per inferiora & ſuperiora.*

*Doſis à g. 6. ad 12.*

*Beg. Hartm. in pract.*

10. *Præcipitatus albus S. Cloſſ. Vomitiuo. Catharcticus.*

Solue ℥ij. ✱ci in ℔ß. aq. font. & in eam proiice ☿ij ♎ti in pulu. redacti ℥ij. Stent in loco calido, & intra bihorium fiet diſſolutio integra ☿ ♎ti, cui guttatim ſuperfundes 🜿 deliquioſi ʒj. aqua euadet lactea, ſine ſubſidere, aquam decanta à puluere albiſſimo, quem phlegmate mellis bis aut ter elues aut aq. communi calente dulcorabis.

*Doſis ℈ß. gr. xij. cum ʒij. confect. Hamech. in Siphylide, elephantiaſi, tineâ, ſcrophulis. Decantata aquâ lauentur loci ſcabioſi & Eryſipelata præſertim ♀ea, ſic citò curantur.*

11. *Præcipitatus dulcis.*

Miſcetur ☿us crudus cum an. præcipitati rubri, ſuperfuſo 🜈 ex arte dulcificati & in calore ∴ detinentur per 20. ♂, ſic enim ſeſe mutuò coagulant & miteſcunt.

*CORREGTIO ſeu RECTIFICATIO PRÆCIPITATI.*

1. Diſſolue præcipitat. bulliendo in 🜊 acri per hor. 6. &c. [vt totus diſſoluatur,] diſſolutioni ſuperfunde 🜈 vel 🜿, & præcipitabitur denuo, ablue igitur & ſicca.

*Doſis g. 4. 5. 6. Vntzer.*

2. Digere præcipitat. per diem cum ſpiritu 🜔i, hinc abſtrahe △ forti, (alij cohobant aliquoties,) ſuper ☿m affunde 🜈 ad eminent. digit. 2. digere (2) ♂ decantaque, alium 🜈 denuo affunde, idque tertia vice repete. *Sennert. Inſtitut.*

Vires. *Purgat per inferiora.*

N. *Alia abſtrahunt 🜈 & cohobant aliquoties.*

3. Imbibe præcipitatum communem, [flauum vel album ▽a roſarum aliquoties ablutum,] cum 🜈 opt. ac camphora ana, viciſſimque 🜈 l. △ euoca.

Vires,

Vires. *Purgat per inferiora, præcipuè materiam febrilem. Vtilis quoque eſt in Peſte, morbiſque Epidemiis.*

N. *Ante Paroxyſmum cum Theriaca exhibetur.*

*Doſis à gr. 3. ad 6. Hartmann. in Croll.*

4. Vis vomitiua Præcipitatorum ☿orum infringitur etiam, ſi in 🜐u fluminis ſoluantur, reuerberentur leniter & per aq. ouorum ſæpius cohobatam figantur.

12. *☿ præcipitatis incarnatus.*

℞. ☿ ℥j. ſolue in 🜅 ℥ij. ſolutioni adde ∇ calidæ ℥iij. ac infunde poſtea vrinam ſani hominis recentem, & præcipitabitur ☿ incarnatus ∇a eluendus. *Hartm. in Croll.*

Vires. *Solum ſeceſſum mouet.*

*Doſis à gran. vj. ad x.*

13. *☿ Præcipitatus luteus.*

Fit, ſi loco vrinæ, ſolutioni priori inſtillaueris °oo ♀, p.d. ſic præcipitabitur ☿ luteus, quem ſimiliter lotione edulcora. *Hartm. in Croll.*

Vires. *Vires & Doſin eandem cum priori obtinet.*

14. *Alius ☿ præcipitatus 🜖 latus fixus, dulcificatus.*

℞. ☿ purific. ſolue in 🜅 [ex 🜖 ℔.ij. & ⦶ p. 1.] abſtrahe & cohoba vice tertia: Hinc affunde 🜐m 🜖i rectificat. deſtillaque cohobando, (6) poſtea affunde 🜄, cohobaque itidem aliquoties (decies) præcipitatum edulcora ∇is cordialibus ac ſerua. *Keſler. lib. 1. cap. 2.*

15. *Præcipitatio ☿ij egregia.*

Fac 🜅 ex ⦶ ℔. ij. 🜖, ℔. 1. O non calcinat. ℥x. ⊖ ℥vi. In hac 🜅 ſolue ☿ij purgat. quantum 🜅 ſoluere potis eſt, [alioquin non libenter fit præcipitatio,] ſolutioni affunde ∇ fontan. frigid. ℥ij. iij. ſtent aliquot horas extra △, vt præcipitetur ☿ poſt affunde multum ∇æ frigid. atque repone ad ſubſidendum, præcipitatum edulcora, iterata ablutione, ac digere in vitro lati orificij ſiue 🝪 l. △. ad ſiccitatem. Exiccato huic præcipitato affunde denuo ✳ acerr. p. 1 v. digere in MB per diem vnum ac alterum in cucurb. probè obturata, tandemque vt ante in vitro lati orificij exicca. *Hartmann. in Croll. Sennert. Inſtitut.*

*Doſis gran 1. ad v. vel vj.*

*De Præcipitatis cum Metallis.*

1. *Præcipitatus ☉laris.*

℞. 1. ☉ puri & in limat. vel lam. redacti ℥ß. ſolue in 🜆 ex ⊖ [ſine ✳] facta.

℞. 2. Vitr. ♁ ij hyacinth. ℥ß. ſolue in 🜅.

℞. 3. ☿ij purgat. ℥iij. ſolue ſimiliter in 🜅.

Solutiones omnes confunde, abſtrahéque ∇ per 🝪: hinc nouam 🜆 affunde, ſæpiúſque identidem euoca, idque tantiſper, donec præcipitatus in ignita ferrea lamina nullum penitus fumum de ſe emittat. Poſtea præcipitatum totum calcina ſub tegula, vt 🜐 🜅 omnes diſſipentur. Tandem ab eodem 🜄 ſexies deſtilla, atque denuo ☿m ſub tegula lente igniendo calcina.

Vires. *Summum eſt remedium mundificatiuum ſanguinis ac totius corporis in lue venerea. Magnum quoque fert ſolamen in Hydrope, pellit aquam per vrinam, & exiccat fontem. Prodeſt quoque in caduco, colica, quartana: vlceribus malignis ac cancroſis ſubuenit, & ſimil. Hartm. in Croll.*

2. *Præcipitatus ☉laris regulinus, ſeu diaphoreticus.*

℞. 1. Regul. ♁. ʒj. ſolu. in 🜅. vel 🜆.

℞. 2. ☉ fin. ℨij. ſolue in 🜆.

Confunde & abſtrahe ad ſiccitatem in arena. Hinc edulcora aqua & ſpiritum ♉ aliquoties (ſepties) deſuper cohoba, ſubinde nouum ſpiritum affundendo. Tandem edulcora denuo, ac 🜈 ternâ vice inde deſtilla, ad ſiccitatem pulueris flaui.

Vires. *Præſtantiſſimum eſt ſudorificum in omnibus morbis, qui diaphoreſin requirunt.*

*Doſis gran. 3. 4.*

N. *Vt regulus eo felicius ſoluatur, imbibe aliquoties eius puluerem* 🜆, *hinc ſolue.*

3. *Hercules Bouij.*

Huic finitimus eſt Hercules [potius aurum vitæ,] Bouij qui nihil eſt aliud quam ☿ præcipitatus ☉laris cum vitro ♁ij coniunctus.

*Nimirum:*

℞. ☉. purific. ℨj. ☿. purific. ℨiv. vtrumque ſoluit ſeorſim in 🜆. Solutionem vtramque confuſam deſtillat (△ graduali, & in ſine, aucto) per retortam: præcipitatum quod in fundo remanſit, vt & ſublimatum, quod parietibus, vel collo retortæ adhæret, ſoluit iterum in 🜆 noua, & deſtillat, idque repetit tantiſper, donec tota materia in præcipitatum conuertatur. Poſtea calcinat ſupra ferrum ignitum ad figendos ſpiritus corroſiuos; & denique edulcorat.

Vires. *Ex mente Bouij omnibus aliis catarcticorum ſpeciebus, antecellit: Eſtque domitor vermium, Luis ♀, Petechiarum, Peſtis, Quartanæ, & aliorum incurabilium morborum.*

*Doſis à g. 3 ad 6. vel 8. cum Saccharo roſato, & in ouo vel brodio, vel in pilulis, inprimis, ſi coniungatur cum Scammonio, & humectetur ▽ vitæ, quæ deſuper comburatur. Tentzel. ſect. 3. panchymag. Mercuriali.*

4. *Aurum vitæ, Hartmann.*

1. ℞ ☉ purgat. ℥ß. ſolue in 🜆 ℥ij. ſeruando ſolutionem in calido.

2. ℞. Mercurij crud. purific. ℥vi. ſolue in 🜅 commun. ℔. 1. vtramque ſolutionem mixtam, [qua mixtione apparebunt omnia nigerrima,] ex arena per 🝬, l. △. gradatim aucto, deſtilla, donec quæ in fundo, rubeſcant, & cucurbita tandem ſubtus candeat: Exemptum dein puluerem ſub capula in catillo, ſubinde cum ferreo baculo calcina, donec ♌ ab 🜅. probe euanuerint: Ablue poſtea ▽a dulci omnem ſalſedinem & extremò 🜈 correctum ab eodem ſepius per cohobia deſtilla.

*Vſus eius egregius eſt in Peſte, vt & aliis morbis quam plurimis.*

N. *Fit* 🜆 *ad hoc opus.*

℞. 🜅tis ex 🜔: ☾ & O ana factæ ℥iv. ✱ ℥j. Miſc. & deſtilla per alemb. ex arena.

5. *Aurum vitæ S. Cloſſ.*

Fac ãããa ex Regulo ♂tis ſtellato & Mercurio, laua hunc pluries, & exprime per pannum, ſecundo fac aliud ããã ex ☉ & ſuperfluum Mercurium itidem exprime, tertio ambo ãããta commiſce, ita vt ſint Reguli ♂tis & ☉ ana ℥ß. Mercurij ℥ij. aut circiter, quarto ſuperfunde Ol. 🜔li, digere dum colorem rubetrimum acquiſierit, quinto Tincturam inde extrahe cum 🜈 extractam, circula per menſem, tandemque rectifica.

Vires. *Purgat ſuauiter & ſudores copioſos mouet.*

*Doſ. à gr. 8. ad* ℈ß. *gr. 12.*

6. *Aurum vitæ aliud.*

℞. ☿ purific. ℥v. ☉ puriſſ. laminat. ℥ß.

℥ß. F. amalgama quod abluatur ✛, donec omnis nigredo ablata ſit.

Poſtea impone in 🝭m, & affunde 🜅m, [ex 🜕 p.ij. & ⊖p.1. ] digereque, [in cineribus vel arena, ] vt ſoluatur ☿ & ☉ in fundo ſub forma pulueris remaneat: dein deſtilla augendo in fine △m, vt fundus retortæ incandeſcat, omnéſque ſpiritus corroſiui prodeant. Vaſis refrigeratis, tere materiam, abſtractámque ▽ fortum iterum affundendo cohoba, & inuenies in fundo puluerem rubicundum, quem collige, abiiciendo quod ad latera retortæ fortè fuerit ſublimatum. Hinc candefac laminam ferream, cui optimè candeſcenti, inſperge puluerem illum Mercurialem, non modo vt optimè exiccetur, ſed & vt id quod volatile reſtat, euaporet. Hinc aufer & reſerua in vaſe clauſo.

Vires. *Purgat per ſeceſſum lente ſine omni etiam vomitu, niſi ſcil. ventriculus, impuritatibus refertus ſit. Summum arcanum eſt in Hydrope, Lue gallica, & omnibus cutaneis affectibus, atque defluxionibus, vt & vbi corpus ſcatet pituitoſis humiditatibus.*

*Doſis à g. 3. ad 8. cum Terebinth. pauxillo aut extracto aliquo. Hartmann. in pract. p. 12. confer Sennertus in Inſtitut.*

7. *Præcipitatus viridis ſeu venereus.*

℞. Mercurij purificat. ℥iv. ſolue in 🜅 commun. in eadem 🜅 ſolue & ♀is ℥ß. coniunge ſolutiones ac abſtrahe in arena, vrgendo in fine ▽m, vt maxima pars ſpirituum tollatur. Præcipitatum exicca ac digere cum 🜈 in MB ♂ ac ℘: vltimo fac bullire, vt puriſſima pars Mercurij in 🜈 ſoluatur. Hinc decanta & abſtrahe atque ſicca ſine lotione.

Vires. *Eſt ſpecificum in Gonorrhœa virulenta, quam nimiam tollit, inſufficientem promouet, ideoque ſingulis diebus continuandus eius vſus eſt, donec omnis fluxus ſedatus ſit.*

*Doſis à g. ij. ad viij. Hartmann. in Croll.*

N. *Signum boni præcipitati eſt, ſi aurum fortiter cum eodem fricatum, non dealbetur, vt ſolet ex contactu Mercurij.*

*Huc*

8. *Vitrum Mercurij ☽nare.*

℞. ☿ præcipit. [per ☍ 🜕i rubic. ] ℥ij. ☽æ calcinat. & ✳ ana ℥j. Miſc. & ſublima. Sic aſcendit ✳, relictis in fundo Mercurio & ☽a inſtar auri puriſſimi, inde ✛bulo & da ignem fuſionis, vt in vitrum ſimul abeant. *Vid. Diſput. Chym. Med. Hartmann. 7. th. 127.*

9. *Vitrum ex ☿ vitæ, ſiue Succinum ♀ij.*

℞. ☿m vitæ, abſtrahe per 🝭m partes minus fixas, reliquum fundatur igne forti in vitrum, quod tranſparens opacum, vel ſi diutius in igne contineatur, Hyacinthinum euadit.

N. 1. *Dicitur aliis ſuccinum ♁ij, quia nihil aliud eſſe videtur quam vitrum ♁ij, non ☿ij.*

2. *Si abſtractio partium minus fixarum fortius vrgetur, extillat viciſſim liquor inſtar butyri ♁ialis.*

## *III. SVBLIMATIO.*

1. *Mercurius ſublimatus Officinarum.*

℞. ☿ in 🜅 ſolut. 🜕i exicat. ⊖is decrepit. ana Miſc. exacte & ſublima

ex cucurbita humili. *Gluckrath in Beguin.*

2. *Aliter optimum pro ☿ dulci conficiendo.*

℞. ☿ purific. ⊕- rubific. ⊖ decrepit. ana ℔.1. ⊕ ℥iv. Miſc. exactè, aſpergendo modicum ✕, ſublimaque vt dictum.

*Iam denuo.*

℞. ☿ ♎ti illius ℔.1. ⊖ decrep. ℥xii. ⊕ rubific. ℥iv. M. ſublima.

*Iterum.*

℞. ☿ ♎ti illius, ℔.1. ⊖ decrepit. ℥xii. M. ſublima.

N. *Puriorem Mercurium ♎m ſi deſideras, reitera adhuc ſublimationem, ſed ſine additione. Beg. Vntzer.*

3. *♎tus Regulinus.*

℞. ☿ purificat.
Regul ♁ ij ana ℔.ß.
⊕ i rubific. ℥iv.
⊖ is fuſ. ℥vi.

Miſc. & ſublima ex ſublimatorio vitreo, deſuper fundendo ▽r: ſublimatum miſce cum 🝎, ac ſublima denuò, idque vice tertia.

Vires. *Inſeruire commode poteſt Mercurio dulci, aliiſque Medicamentis, ex ☿ ♎o, præparandis.*

4. *☿ dulcis vulgaris: Draco mitigatus.*

℞. ☿ ♎ti ℥viii. ☿ crud. purific. ℥vi. Miſc. exactè in mortario lapideo, vel ſuper porphyrite, donec Mercurius viuus amplius conſpici nequeat. Hinc ſublima calore arenæ in Phiola leniter ſaltem obturata & ſublimatur totus ferè Mercurius, adhæreſcétque lateribus Phiolæ, remanentibus in fundo fecibus, quas vna cum nigricante materia collo phiolæ adhærente reiice. Hinc ſublima denuo, idque vice tertia, reiectis ſemper fecibus, vt dictum.

N.1. *Si purum inſipidumque ſecunda ſublimatione obtinueris, acquieſce, multa enim ſublimatione infringitur vis purgatrix.*

N.2. *Alij addunt quoque* Colchotar.

N.3. *Optimum Mercurium dulcem conficies ex ☿ ♎to regulino, & Mercurio ♁ij.*

*Hartmann. in Croll.*

Vires. *Omnes humores noxios ſine perturbatione blandè expurgat, vnde vel infantibus exhiberi poterit.*

*Doſis*: *Dari quidem poteſt ad* ℈ß. *Verùm vt eo citius operationes ſuas perficiat, nec diu in corpore deliteſcat, acui ſolet purgantibus aliis fortioribus, e.gr. Diagrid. Trochiſc. Alhand. & ſimil. Daturque cum iiſdem à gran. 8. ad 15. & plur.*

*Hartmann. in Croll. Senn. in Inſtitut. Tentzel.*

5. *Alius.*

℞. Mercurij in ♌u ⊕ i ſoluti & edulcorati.
Mercurij crudi ana.
Sublima aliquoties vt dulcis fiat.

Vires. *Lente purgat per inferiora.*

*Doſis à g. 6. ad 12.*

N.1. *Eodem modo dulceſcit & Mercurius præcipitatus luteus ſi per ſe ſublimetur, dulcificatúſque leniter aluum mouet.*

*Doſis g. 8.*

2. *De vſu: Ex omnibus hiſce Mercuriis dulcibus poteſt parari ▽a vtiliſſima ad inflammationem, fiſtulas & vlcera maligna, non tantum detergenda, ſed etiam cicatriſanda, præcipuè in Lue venerea, valet etiam ad ſcabiem, ſine noxa penitus curandam.*

*Nimirum:*

Proiicitur ♆ recens, in aquam bullientem, relinquiturque aliquandiu, hinc

hinc filtratur, in filtraturæ ℔.1.diſſoluitur bulliendo Mercurij dulcis q.ſ.colatur & ſeruatur. Fallopius vocat ∇m aluminis. *Hartm.in Croll.*

6. *Sublimatum dulce Talcoſum S. Cloſſ.*

Fit ſi M. cum 🜕 irrorando guttulis aliquot 🝆 ⊖is: hæc tria conſtituunt Axungiam Talcoſam fluentem.

Vires. *Suauiter purgat abſque vomitu, deobſtruit & refrigerat, eſtque ſecurum febrium intermittentium ſolamen.*

7. *Latugo perlata ſiue flores ☿argengentis ex inuentione S.Cloſſ.*

1. Facta eſt 🜆 ex ana ⊖ & 🜕 cum triplo boli communis ad modum 🜅 2.in ℔.1.huius ſpiritus ſolutæ fuere ☿ crudi ℥x.& abſtracta 🜆 ad duas tertias, collecti fuere cryſtalli probéque edulcati 3.perfuſi ſunt iidem 🜈 ♀ ſato ad 3.digit.ſupereminentiam ſicque per menſem in putrefactione, 🝫 ſtetere.4. materiâ in 🝭 coniectâ eductóque 🜈 pars quædam ☿ij ſublimatur △ auctiori,pars in rubrum abibat Præcipitatum. 5.ambobus iterum confuſis 🜹 affundebatur, & poſt digeſtionem vnius diei ac filtrationem calidam, tota materia ſoluta in floccos argenteos goſſypio perlato fulgentique ſimiles fuit conuerſa inclareſcente menſtruo.6. hos flores cochleari vitreo detraxi & in chartâ bibula quadrupl.exiccaui,ita enim ſplendorem non amittunt.7.cum alio 🜹 ſuper reſtitantem materiam coniecto nouos flores collexi, idque ter quatérve repetij.

*Vires ex Vntzero repetendæ,qui longè operoſiorem nobis methodum aliã reliquit in Anat. ☿ij,p.255. Vbi enim illic per grana & ſcrupulos abraduntur flores, hic per vncias & libras congeruntur.*

*Doſis eorum eſt gr.vj.in formâ pilul. cum pauxillo Extracti liquir. Educunt abſque violentiâ humores vitioſos in febre quotid.ſcabie,Leprâ.*

8. *Mercurius ♎tus rubeus non torreſinus, Arcanum Corallinum.*

℞. Mercurij optimè purgati,℔.1.
🜕i,optimè purificat.
⊕i,ad rubed.calcinat.ana ℔.ij.

Pulueriſentur & miſceantur optimè, ſubinde irrorando & incorporando cum 🜹 acerrimo,donec diſpareat penitus Mercurius. Hinc ſublima ex arena,in cucurbita lutata,cum capitello, & exit primum phlegma,dein auctiori △, viginti quatuor horas continuare, ſublimabitur, ſublimatum proximè à materia rubeum, paulo altius flauum. Vtrumque rubeum ac flauum, cum 🜕 ℔.1. & O leniter calcinati, ℔.1. miſce impaſtaque cum phlegmate +, ſublimáque denuo vt prius (horis duodecim,)& aſcendit iterum ſublimatum rubicundum ac flauum, collige ſingula ſeorſim, rubicundum elue ∇is cordialibus,ac ab eo efflagrare ſine 🜈;flauum calcina igne mediocri,vt rubeſcat, hinc elue ſimiliter ac corrige cum 🜈 deſuper accenſo.

N. *Feces nigricantes cum Mercurio in capitellum aſcendentes, abiiciantur in ſingulis ſublimationibus.*

Vires. *Purgat,per inferiora præcipuè, magnúmque ſecretum in Hydrope,morbo Gallico, Podagra, Scabie, Vlceribus, Cancro,&c. Crollius.*

9. *Modus compendioſior, Laudanum Mercuriale ſiue Metallicum.*

℞. Salis extracti ex 🜿o 🜅is (ex ⊕ & 🜕 ana fact.)℥vi.
☿ purific.℥ij.
🜕 purific. ʒij.

Pulueriſa ac miſce optimè impa-

ſtando cum + ſublimáque, vt dictum, ſic aſcendit pars, quædam alba, quædam lutea, quædam crocea, quædam rubicundiſſima, collige croceam ac rubicundam, abiectis cæteris, ſublimáque denuo per ſe ex arena igne ſat forti, ac omnia rubeſient: hinc elue ac corrige 🜊 ſupra accendendo.

Vires. *Eaſdem habet cum præcedenti, Hartm. in Croll.*

*10. Manna Mercurij, ſeu Mercurius dulcis ☉laris.*

℞. Mercurius dulcis vulgaris, q.v. tantiſper ſublimationibus iteratis eleua, donec in fixos abierit Chryſtallos, poſtmodum in liquorem ſoluito.

℞. Huius part. 3. ☉ calcin. p. 1. Miſc. ac digere per menſem, cohoba donec in cucurbita inſtar ceræ fluat.

Vires. *Ad ſummum Medicinæ gradum Mercurius ita redactus eſt, & in Epilepſia, & morbis Venereis admirandæ virtutis. Tentz.*

N. *Egomet Mercurium dulcem ter ſublimatum, miſcui quondam cum ☾a foliata, ſublimationémque adhuc quarta vice iteraui, quibus peractis ſublimationibus, reſtantem materiam igni ſubieci fuſorio, vt quid ☾æ reſtaret colligerem, verum ſine commodo, quippe ☾ cum ☿ penitus fuit ſublimata, vis autem illius ſublimati ſudorifera potius fuit, quam deiectoria.*

*11. Arcanum corallinum correctum S. Cloſſ.*

♃ ⊕ & ⦶ ana ℔.ij. O calcinati & ☿ij ana ℔.1. Omnibus arte mixtis detur △ ♎mationis in fine benè fortis, quod rubeſcit ſublimatum collige, benè edulcora, tere, & digere in ✳ ad 4. digitorum extantiam per 2. aut 3. ♂ euacua per inclinationem, aliud affunde, digere, donec nil amplius ſoluatur: tandem euapora, remanebit puluis luteus, quem lauabis ſæpius aq. calidâ.

*Doſ. mitificatæ huius Aquilæ eſt à gr. v. ad ℈ß. cum Panchymag. Felicius adhuc operabitur, ſi eius gr. viij. cum auri ſclopet. & croci ♂ ana gr. iij. in conſ. florum borrag. aut pill. de aloë lotâ exhibeantur.*

*Ad ☿ ♎ pertinet quoque:*

*12. Cinnabaris Officinarum artificialis.*

℞. 🜍is commun. ℥iij. vel iv. Huic liquefacto infunde Mercurij viui ℔.1. ſpatulâ ligneâ benè agitando incorpora, donec Mercurius à 🜍e planè conſumptus videatur. Hinc maſſam refrigeratam tere ſuper marmore, atque ſublima, ex ſublimatorio lutato; igne primo leni, dein auctiori, &c. Primo aſcendit fumus citrinus, paulatim rubeſcens. Quando itaque fumus nigrorubeus aſcendere incipit, vrge igne violentiſſimo horas quatuor vel quinque, & ſublimabitur cinnabaris, adhæreſcétque lateribus, quàm exime, reiectis fecibus in fundo & capitello.

*Paracelſus in Chirurg. lib. 1. manual. pag. 702. Brendel.*

*Aliter.*

℞. 🜍 ℥iij. ☿ ℥iv. M. ac 🜍 aliquantulum efflagrare ſine, vt puluis remaneat niger: hinc ſublima ſemel ac iterum, vt cinnabarim nanciſcaris rubeam.

*13. Panacæa ☿ij purgans.*

℞. ☿ij vitæ p. ij.
☿ij viui in deſtill. butyri ♀ij prouenientis p. 1.
Sublima vt ☿m dulcem.

*Doſis gr. v. ad viij.*

N. ☿ *vitæ ad hoc opus fit ex* 🜍 p. ij.

*p.ij.♁ optimi vel reguli p.1. deſtillatur & ▽tur ▽ com. vt moris.*

Cl.D.D.Ioh.C.Fauſ.

## IV. DESTILLATIO.

1. 🝆 ♁ij *Mercuriale,ſeu Butyrum ♁ij : Liquor gummoſus.*

℞.♁ij puriſſ.☿♎ti ana Miſc.exactè in mortario lapideo, & deſtillentur per 6m vitream ex arena △ primo mediocri : ſic liquor ſeu butyrum ♁ij inſtar glaciei egreditur,qui ſi concreſcat in collo,ne id obſtruat, admoue caute carbonem, vt liqueſcat.Finita deſtillatione liquoris,auge △, daque ignem ſuppreſſionis,id eſt,ſupra ∴m,) & ſublimabitur cinnabaris ♁ij,(de qua vide ſuo loco, in ſublimatione ♁ij:) Liquorem egreſſum rectifica per retortam vitream.

N.1. *Praſtat hoc 🝆 Cinnabari ſua aut rectificationem impragnare. Nimirum,Cinnabarim tritam adde dicto 🝆o, ſténtque in digeſtione ( hor.24. ) vitro clauſo in cinere,ſic fiet vnitio,hinc rectifica per ♌m.*

N.2. *Felicior procedet deſtillatio △ aperto,ſed ſenſim & ſucceſſiuè aucto. Itẽ ſi ♌m cum materia ante deſtillationem in cellam per triduum repoſueris.*

N.3. *Alij ℞. Reguli & ☿♎ti ana ſingula ſeorſim trita miſcent,& vt concretionem in collo pracaueant, ad liqueſcendum in cellareponunt, Liquorémque deinde deſtillant.*

N.4. *Beguinus eodem modo ex ☿♎ti p.ij.♃ limat.p.1. 🝆 elicit,vnde puluis fit pracipitatus, quem vocat ♃ diaphoreticum. Vide in ♃.*

Vires. *Vſus huius Olei glacialis per ſe eſt externus ſolùm, in gangrana & ſphacelo,in quibus ſi pars mortua illinitione huius Olei circumlinatur,non ſerpit ulteriusputredo,ſectioq; felicius peragitur. Simili ratione Carbunculus peſtilentialis oleo hoc circumlitus paulatim emoriendo excutitur, adeóque aptus redditur, qui poſtmodum Emplaſtris aliis obediat. Vſitatum itidem corroſiuum Chirurgis exiſtit.*

Ex hoc 🝆o fit & MERCVRIVS VITÆ & BEZOARDICVM MINERALE.

### I.

*Mercurius vitæ.*

🝆 præcedenti ſiue Butyro ♁ij, infunde aquam ac ſtatim puluis albus præcipitabitur,qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam ſapiat, deinde exiccetur.

N.1. *Candidior ac purior erit.1.Si ad deſtillationem butyri,loco ♁ij crudi, regulum eius receperis.2.Si per ♌m illud rectificaueris.*

N.2. *Appellatur & Puluis Angelicus,Puluis Algoreth,Aquila alba.*

Vires. *Totius corporis,& pracipue prima regionis humores noxios,per ſeceſſum ac vomitum expurgat, Vſúſque inſignis eſt in Peſte,Capitis morbis, Lue venerea,Vlceribus malignis,Febribus,Arthritide, Hydrope, vbi & plurimum ſine vomitu operatur.*

*Doſis à gran.ij.ad iv.Macerare quoque licet gr.ij.ad iv.in hauſtu vini,cumque filtratum exhibere.*

Sunt qui infuſionem Mercurij vitæ in promptu habent.

*Nimirum :*

℞. ☿ vitæ ℈iß.

Vini generoſ.℥xviij.

*Doſis ℥j.*

N.1.*Vis purgatrix huius ☿ vt & vitri ♁ij nunquam exhauritur.*

N.2. *Triduanum eius vſum ſape procidentiam*

*cidentiam ani periculoſam excitaſſe compertum eſt, cauendus itaque nimius eius vſus.*

*Croll. Senn. in Inſtit. Beguin. (qui ℞. ♁ p. 1. ☿ p. ij.) Sala in Ternar. Emet. Keſl. 1. c. 26. Tentzel.*

Quia autem hic Mercuius vitæ ſat violenter operationes ſuas, ac inprimis per vomitum perficere ſolet, ſolliciti fuere Medici de hac violentia certis modis corrigenda, deque vi eius vomitoria mitiganda.

*Hinc*

1. *☿ vitæ correctus.*

℞. ☿m vitæ in phiola △ arenæ foue, donec rubere inceperit, poſtmodum 🜄 ſæpiùs ab eo abſtrahe.

Vires. *Purgat ſat commode per aluum, impuritatéſque quaſcunque educit.*

*Doſis g. 4. 5. 6.*

2. *☿ vitæ Catharticus.*

1. ☿ vitæ cum Sale commun. aliquoties diutiúſque teratur, & ſalſedo poſtea per ▽ commun. abluatur; ſic ſolam vim per ſeceſſum purgandi obtinet. *Hartmann. Sennert. Tentzel. Agricola.*

2. ⦶o ad △ fuſo adde Mercurium vitæ, ſenſim iniiciendo & agitando; poſt refrigerationem, Mercurium in fundo inſtar Reguli inuenies, quem edulcora.

Alij hanc Correctionem paulò aliter abſoluunt.

*Vnde*

3. *Laxatiuum minerale.*

Fit, ſi ⦶i fuſi ad △. ℥ij. Mercurij vitæ, ʒß. circiter, vel ʒj. paulatim inieceris: & poſtea omnem ſalſedinem ▽a ablueris. Pulueri huic exiccato denuo adde ⊖is commun. duplum, & tere diligenter in marmore per horas duodecim. Tum rurſum aqua dulci elue,

*Doſis à g. 6 ad 12.*

N. *Iniice primo ʒ. 1. atque cooperi ſtatim, donec fumus ceſſet, poſt perge iniiciendo. ʒj. &c.*

N. 2. *Habetur egregius ☿ius vitæ ☉aris per inferiora purgans in Anatomiâ ☿ij Vntzeri, qui fit ex Oleo ☿ij & ⌒u ⦶ſuper calcem ☉ affuſo, donec Tincturam attrahat quod poſtmodum cum ✳co aut °° 🜿ri præcipitatur.*

II.

*Bezoardicum minerale.*

1. *♁ Diaphoreticum Crollij, ſeu Bezoardicum Minerale ſimplex, ſeu Officinarum.*

℞. Butyr. ♁ij rectificat. e. gr. ℥ iv. affunde guttatim ⌒ ⦶i rectific. ℥ iv. (alij ▽⌒,) abſtrahe deinde ⌒. ⊖i, iterumque affunde ⌒ ⦶ noui, ℥j. idque tertia vice repetatur. Præcipitatus hic poſtea teratur, abluatur & igniatur.

N. *Crollius butyrum hoc facit ex ♁ij p. 3. & ☿ ſublimati, (nempe ☿ parati per ⊕m & ⊖m,) p. 1. ſed ſufficit proportio anatica.*

Vires. *Magnum eſt Alexiterium ſaluberrimúmque remedium Bezoardicum, quod ſudores prouocando magnos effectus monſtrat in omnibus peſtilentialibus & venenatis affectionibus.*

*Doſis à g. 6. ad 12. vel vltra.*

*Quercet. in Pharmacop. reſtit. Croll. Sennert. Inſtit. Keſler. 1. c. 70. Hartm. in pract. vt & in Croll.*

*De controuerſia:* Vtrum medicamenta ex butyro ♁ij facta ſint Mercurialia, an ♁ialia? *legat qui velit Tentzelium in Exeg. titul. de Bezoard. Salam in Ternar. Bezoardicor.*

Probabilius videtur, naturæ id eſſe

eſſe ♁ialis.

2. *Bezoardicum ☉lare compoſitum.*

℞. Bezoard.mineral.ſolar.ʒj.
Sal. Rut.
Guajac. à ʒij.
Solut.Corall. rubr.ʒiß.

Miſc.optimè per horam in mortario vitreo.

*Hinc adde ſubinde.*

Spir. ♆. ʒß.
Tinctur.ſ.extract.Croc.or.ʒiß.
Ol.ſ Caryophyll.
Succin.
Cinamom.ana.℈j.
Lep.Bez.or.℈ß.vel ℈j.ſi placet.

Stent in cinere tepido,clauſo vitro, ♂ ♀ 3.

N. 1. *Bezoardicum minerale ſolare ad datam compoſitionem fit.*

1.℞.Butyr.♁ ℔. ß. ☿ factit. præparat.(vel ☿ ♁.) ℥j. F. ſolutio in Phiola oblongi colli, △ arenæ mediocri, (vt leuiter bulliat, ) ſic rubeſcet ſolutio. Hanc ⊽ta affundendo ▽ calidæ ℔. aliquot,& ⊽bitur ☿ albus,quem decantato ſenſim liquore flaueſcente edulcora optime in ▽ abluendo, tandem exicca blando calore ſolis vel hypocauſti.

2.℞.☉ Vngar.laminat.ʒij. ſolue penitus in ℥ij. 🜅, [deſtillatæ ex 🜕, cum ⊖℥.]Hinc abſtrahe 🜅,cohobaque vicibus 4.Dein ſolue denuò:Solutionem funde ſuper pulueris prioris ℥iij. digere ☌ vigint. poſtea abſtrahe ſenſim,cohobaque vice tertia. Tandem auge △ vt ♌ 🜅 prorſus euaneſcant. Poſtmodum affunde 🜅, cumque aliquoties iterum abſtrahe : ſic paratum Bezoard.miner.ſolare.

N.2. *Solutio Coralliorum fit :*

℞.✱ purificati,[id eſt,ſublimati,1.à tantundem ⊖ decrepitati. 2.ſine ⊖, per ſe,] Corall.rubr. pulu.ana ℥ß.Miſc. & ♎a denuo: ſic relinquetur in fundo ♎torij Calx Corallorum , quam pone ſupra tabula vitrea ad liqueſcendum. Reſiduum quod in ſolutione ſupererit , denuo cum ✱ purificato ſubmitte ſublimationi & ſolutioni , donec tota Corallorum ſubſtantia ſit ſoluta.

N. 3. *Tinctura Croci fit cum 🜅i qui iterum abſtrahitur ad conſiſtentiam mellis.*

Vires. *Sudores validè ciet , adeóque confert in Apoplexia,Paralyſi,Arthritide,Podagra,Tremore artuum.*

*Doſis à g.4.ad* 8.

Ex communicatione Affinis mei colendi, Dn.IOHANNIS GRASSERI, Chymici induſtrij & Pharmacopœi huius Reipubl.meritiſſimi, qui & hoc inter Chymica ſua extare voluit.

3. *Bezoardicum Solare Crollianum.*

℞. Butyri ♁ij ℔.ß. ſolue affundendo ſenſim ♌ ⦶i.

℞. ☉ fin.ʒß.ſolue in 🜅.

Vtramque hanc ſolutionem claram confunde,abſtrahéque menſtruum gradatim, abſtractum iterum affunde , cui adde ♌ ⦶, nou.℥j.abſtrahe,idque repete aliquoties.

Calx hæc dulcoranda & ignienda eſt.

Vires.*Vires huius Bezoardici ſummis Crollius effert laudibus in Lue venerea, Peſte, Podagra, Hydrope, Febribus,obſtruct. Lienis.*

*Doſis à g.3.ad* 8.

N.*Hoc Bezoardicum licet ſuis haud careat viribus,attamen ob corporeitatem, quam ☉ adhuc obtinet præſtantius cenſetur,quod ſequitur. Videlic.*

4. *Bezoardicum Solare verum.*

Fit eodem ferè modo.

*Nimirum :*

Si loco ☉ illius corporei, ſubſtituatur ☉ in ſpiritualem ſubſtantiam exaltatus, *de qua exaltatione vide in ☉lis Volatiliſatione, vel Tinctura ☉.*

*Nempe:*

℞. 1. ☉ illius ſpiritualis ℥ß. ſolue in 🜈.

2. Solue in eadem butyri ♁ij rectific. ℥iv. (vel vt alij vj.) vtramque ſolutionem confunde, abſtrahe menſtruum per 🜄m, deſtillationibus ſæpè repetitis : Poſtea per calcinationem ſub tegula (*vnter einem Muffel*) reduc in 🜍erem violaceum, ſi lenis, vel in purpureum, ſin intenſior calcinatio inſtituatur.

Vires. *Vires eaſdem obtinet, quas prius, ſed efficaciores.*

N. 1. *Hartmann. in Croll. Sennert. in Inſtitut.*

℞. Aurum (per ♌m ⊖i bezoardicum,) ſpirituale redditum, iunge cum butyro ♁ij, in ♌u ⦶i, vel 🜈 ſoluto, repetitis deſtillationibus vnientur ac figentur: abſtrahe tandem, & habebis interueniente calcinatione Bezoardicum ſolare purpurei coloris magnarum virium.

*Doſis eadem quæ priorum, à gran. 2. ad 10.*

N. 2. *Ventzelius ſolutionem illam ☉ oleiformem edulcorat, ſuperfundendo & abſtrahendo aliquoties acetum forte. Poſtea extrahit Tincturam, Menſtruo Baſilij affuſo digerendo per menſem, &c.*

Hinc

℞. *Tincturæ huius à menſtruo ſeparatæ, p. 1. Butyr. ♁ij, in ♌ ⦶ ſolut. p. vj. vel viij. Miſcet ac vnit cohobando, vltimo calcinat.*

5. *Bezoardicum Lunare :*

℞. Butyri ♁ij, in ♌ ⦶ ſolut. ℥iv.

Tinctur. ☽æ viridiuſculæ ℥ß.

Iunge ac deſtillando aliquoties ad ſiccitatem fige.

Vires. *Bezoardicum hoc viridiuſculum vtiliſſimam eſt, ad capitis affectus, præſertim ad Eryſipelas capitis mulierculárum.*

*Doſis à g. 6. ad 12.*

*Tinctura ☽æ fit.*

☽m ſoluendo in 🜅, hanc rurſus abſtrahendo, & Tincturam per 🜄i extrahendo, *vide ſuo loco.*

6. *Bezoard. Lunare 2.*

℞. Extracti Cœrulei ☽æ, (ex ☽ cum 🜔e calcinata per ♌m vrinæ extracti,) ſoluti in 🜅, p. 1.

Butyri ♁ij, itidem in 🜅 ſoluti, p. x.

Iunge ac deſtillando vel circulando vni.

Habes Bezoardicum Lunare eiuſdem, vel etiam maioris virtutis.

ſt. *Bezoardicum Lunare 3.*

℞. Extracti ſeu Tincturæ ☽æ, (mediante 🜊 extractæ ex ☽a in 🜅 ſoluta & inſtillatione ol. ♀, p. d. præcipitata.)

Et Butyr. ♁ij, *procede vt ſupra.*

8. *Bezoard. Lunare 4.*

Præſtantiſſimum fit Bezoardicum ☽are, ſi ☽na cum ♌u ⦶i, in 🜍m redacta & cum butyro ♁ij, l. a. in pulucrem fuerit fixata.

9. *Bezoardicum venereum.*

Ex ſquamma æris elicitur Tinctura cum butyro ♁ij rectificato, dein figitur per ♌m ⦶i, vt in prioribus dictum.

10. *Bezoardicum ♂iale.*

Ex croco ♂ per reuerberationem extrahe cum butyro ♁ij Tincturam dein fige per ⌒m (|)i, more vſitato.

Vires. *Eſt ſpecificum in omnibus fluxionibus ventris, præſertim ab Epate originem capientibus.*

*Schnemann. in Hydromant.*

11. *Bezoard. ♃iale.*

℞. Reguli ♁ij ſine ♂ facti ℥iij. huic fuſo, (in ✝bulo,) adde Iouis Anglici puriſſ. ſimiliter fuſi, ad ℥ij. vt fiat de nouo Regulus, poſtea læuiga, & admiſce diligenter ☿ ♎ti, ℥v. Deſtilla ex ♋, Butyrúmque inde deſtillatum cum ⌒u (|)i, ternis deſtillationibus fige, poſtea calcina, ignitúmque in V extingue, & exicca, fit puluis Gryſeus.

Vires. *Potentiſſime mouet ſudores, inſuper ad obſtructiones Epatis Polychreſton non contemnendum eſt.*

*Doſis à g. 2. ad 6. vel 8.*

12. *Bezoard. ♄ninum.*

Cum Butyro ♁ij non rectificat. extrahe Tincturam ex vitro ♄i, atque cum ⌒u ◯, dicto modo fige.

Vires. *Prodeſt in affectibus Lienis.*

*Doſis ad g. 6.*

N. *Vitrum ♄i fieri poteſt ex minio & ſilicibus.*

13. *Bezoard. Mercuriale.*

Fit eodem modo quo Bezoardicum Saturni, ex vitro ſcil. ♀ij vitæ & butyro ♁ij.

*De omnibus hiſce Bezoardicis legi poteſt. Hartm. in Croll. Tentz. in Exeg.*

*Nos ad deſtillata reuertimur, inter quæ ſequitur.*

1. ⌒ *ſeu* ∘∘ ♀*ij album diaphoreticum.*

℞. ♀ ♎ti tenuiter puluериſati, p. 1. Argilla rubr. p. iij. Miſc. & fac cum ∇ communi globulos in vmbra exiccandos, deſtilla dein ex ♋ vitrea per ∴m △e ſuppreſſionis, (gradatim tamen) horis duabus adhibito, prodit elegans ⌒, quem ſerua.

N. *Si quid ♀ij ſublimetur, cum recenti argilla miſce, & procede vt antea.*

Vires. *Diaphoreticus eſt.*

*Doſ. g. 1. 2. 3. vide ſpiritum ſequẽtem.*

*Rhenan. chymotech. l. 1.*

3. ⌒ *ſeu* ∘∘ ♀*ij rubrum.*

℞. ☿ ♎t. tenuiter puluериſati. Limatur ♂ ana, Miſc. ac reſolue per deliquium in ∘∘ flauum, quod diligenter collige. Reſiduo (quod non ſolutum,) affunde ∇m comm. ac extrahe ⊖: Sal purificatum & coagulatum denuo ∘∘o iunge, fiétque aurei vel crocei coloris. Deſtilla in ∴, ex cucurbita humili per XX breuis roſtri, primo exibit phlegma, quod ſeorſim colligatur, auctiori deinde △ aſcendit rubedo, quæ partim in excipulum (quod mutatum ſit,) deſtillabit, partim in XXo & roſtro, butyri inſtar adhæreſcet: Vrge △m, donec nihil amplius aſcendat, tunc ceſſa.

Phlegma deſtillatum vna cum rubedine ad ſpondilia cucurbitæ eleuatà, redde capiti ſuo mortuo, reiteráque deſtillationem per XX eundem, vix incaleſcente XXbico, (imo vel à vaporibus,) liqueſcet rubedo in XX hærens, extillabitque rubicundiſſimè in Excipulum: poſtquam rubedo hæc extillauerit, mutato Excipulo ſuſcipe phlegma ſubſequens, ac poſtea rubedinem aliquam igne auctiori, vt ante collige, idque repete tot vicibus, quot opus fuerit.

Vires. *Vtriuſque huius ſpiritus magnus eſt vſus, inprimis vero rubei: expediunt*

*per ſudorem quodcunque in corpore noxium fuerit, aliiſque Medicamentis difficulter cedit. In Lue Gallica puſtulæ huius vſu ſponte cadunt, tubercula minuuntur, dolores ſopiuntur, vlcera fœtida manantia exiccantur & conſolidantur.*

*Doſis g. 1. 2. &c. in ∇ Theriacali miſtura ſimpl. ♎u Guajaci. Decocto, & ſimil.*

*Hartmann. in pract.*

4. ☍ *Mercurij diaphoreticum dulce.*

℞. ♃t. q. v. ſolue in 🜊, digere ac abſtrahe 🜊 ad ſiccitatem, reſiduum in ♌ digere cum 🜈 rectificatiſſ. donec fiat craſſus liquor. Hinc deſtilla ex ⁘ Δ forti, & prodibit liquor inſtar lactis. Lacteum hunc liquorem reaffunde materiæ in fundo relictæ, deſtillaque denuo. Sic extillat ☍ alum ac fragrans ſine corroſione. *Keſt. lib. 2. cap. 30. lib. 4. c. 35. vide etiam Liquores Mercurij.*

N. *Alij contenti ſunt ſola digeſtione ac deſtillatione cum 🜈 peracta. Keſt. lib. 2. c. 29. lib. 4. c. 34.*

Vires. *Curat Vlcera maligna, cancroſa, præſertim Renum & Veſicæ.*

Vſus, *tam internus, quàm externus eſt.*

5. *Oleum fragrans, Aſtrum dictum.*

℞. Mercurij ſepties ſublimati, totiéſque per 🜅 rectificati, q. v. ſolue in ♎ ⦶ calore mediocri: dein abſtrahe ♎m ⦶, edulcora optime coquendo in 🜊, vt corroſiuus ſapor eluatur: poſtmodum abſtrahe quoque 🜊, & denuo elue, affundendo ∇m pluuiam ſtillatitiam: hinc exicca, & digere aliquandiu cum 🜈 rectificatiſſ. ana. Poſtea pelle ſimul per ♌m Δ, initio leni, dein fortiori: corpus reſiduum ſerua pro conficiendo indè ſale: Extillato vero deme 🜈 in MB. Et remanebit in fundo ☍ Mercurij fragrantiſſimum, quod eſt aſtrum Mercurij. *Baſilius,*

Vires. *Diaphoreticum eſt & peculiare curatiuum Luis venereæ: eaſdemque vires obtinet, quas ⊖☿i ex corpore reſiduo paratum. Vide infra.*

6. *Aliud Oleum ☿ diaphoreticum fragrans.*

℞. ☿ ♎ti p. 1. ✳ fixi, (in liquorem, p. d. d. redacti & mundificati,) p. iij. ſolue p. d. Liquore imbuatur charta bibula: Charta ſic perfuſa matracio vitreo includatur cum ſuo ☓☓ & recipiente: deſtillando liquorem Mercurialem Δ arenæ elice. Hunc ſi rectificaueris, dulciſſimum odoriſque fragrantiſſimi ac gratiſſimi, moſchum redolentis, nanciſceris oleum.

Vires. *Aptiſſimum eſt in ſudoribus ciendis.*

*Quercetan. in Tetrad. In deſcriptione Panaceæ ♄ialis.*

7. *Oleum Mercurij Saccharatum, Spiritúſque.*

℞. ☿ ♎t. p. 1. Sacchar. p. iij. Miſc. optimè ac deſtilla per ♌m vitream luto obductam in receptac. capax. Primo accende paulatim carbones ſupra ♌m, vt caleſcat: hinc accende & infra ac continua Δm lentum dies 2. aut 3. Quod extillauit committe deſtillationi MB. Exibit ♎ Mercurij ſubacidus, ☍ Sacchari remanente in fundo.

N. *Lente procedas memento, ne operam ac oleum perdas. Saccharum enim æſtu nimio irritatum, vi ſibi exitum quærere ſolet.*

Vſus. *In Vlceribus, Veſicæ, aut aliis Affectibus, ex morbo Gallico relictis*

*ctis, magni eſt ſolatij.*

*Doſis: ſpiritus exhibetur gut.3.4.*

### *V. EXTRACTIO.*

*Vnde*

*1. Sulphur ſeu Tinctura Mercurij Aquila cœleſtis.*

℞. ♄t.[cum ⊖ & 🜖o eleuat.]q.v. affunde 🜊, ſtent per ſeptimanas aliquot,vt extrahatur flauedo,ſ.a. Decantatos liquores deſtilla ad ſiccitatem, & habebis puluerem rubeum, qui verum Mercurij 🜍r.

Vires. *Paracelſus maxima huic attribuit præconia, in curanda Podagra, Epilepſia,morbo Gallico,&c. Quorum radicem per ſudorem expellat.*

*Doſis g.3.4.*

*2. Alia.*

℞. Vitri Mercurij (quod ſuccinum ♁ij vocatur,)extrahe cum 🜊 decanta & abſtrahe.

Vires. *Sudorem mouet.*

*Doſis g.2.3.*

N. *Vti vitrum illud, non eſt niſi vitrum ♁ij: Ita Extractio hæc non niſi ♁ij cenſenda erit.*

*3. Oleum Mercurij ♁ialis Tinctura.*

℞.Mercurij ex ♁ fact.part.1. 🝆 🜖i rubr.rectificatiſſ.p.IV. abſtrahe leniter, vt ♎ cum Mercurio maneant, dein auge △,& ſublimabitur aliquota Mercurij pars. Sublimatum redde Mercurio in fundo, tantundémque noui 🝆i 🜖i adde,abſtrahéque & ſublima, idque vice tertia: tandem tere,& affunde triplum 🜈 rectificatiſſ. circula, ſic fiet ſeparatio, & Mercurius in 🝆 abibit ſupernatans. Hinc ſepara 🝆, idque circula ♂ ℘ cum 🜊 acerrimo. Sic 🝆 recipiet ponderoſitatem, fundumque petet, & quod noxium in ☿ erat 🜊o immixtum manet.

Vires. *Baſilius maximis encomiis 🝆 hoc celebrat, vimque ei attribuit corroborandi Cerebrum, curandi Apoplexiam, imò loco Panaceæ habet.*

### *VI. LIQVATIO.*

*1. Vnde Liquor.*

℞. ☿♎ti q.v.digere in phiola vitrea calore mediocri, ♂(40.)hinc ſolue per deliquium.

Vires.*Curat Vlcera ac Vulnera maligna, inſtillatus.*

*Alius liquor Mercurij præcipitati.*

℞.☿ per 🜅 præcipitat. q.v.affunde 🜈 opt.digere,& cum acer factus fuerit,decanta.Hinc affunde alium, donec acrimonia ſublata,& calx attenuata ſit. Tunc affunde 🜊 digere,decanta,affunde nouum 🜊 idque toties,donec totus puluis in 🜊 abierit: abſtrahe 🜊,puluerémque repone in cellam ad liqueſcendum cum aqua Chelidoniæ.

N. *Quod ſi 🜊 calci huic inſufficiens fuerit, denuo calcina.*

*3. Alius.*

℞. ☿♎t, q.v.ſolue in 🜅, (ex ⦶i, p.ij.& ✱,p.1. deſtillata, ) digere vaſe clauſo, poſtea deſtilla: reſiduum tere, rurſúſque aquam affunde, idque tantiſper reitera,donec omne ſublimatum in fundo fixum remaneat. Fixum hoc ſublimatum per 🝞 m vnam ac alteram leuiter reuerbera,dein tere,digere cum 🜈, abſtrahéque cohobando,donec in 🝆i formam abeat.*Vntzer.*

Vires. *Confert Podagricis,lue venerea infectis,Cancro,Fiſtulis,& omnibus vlceribus ſordidis, putridis atque inueteratis, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus adhibeatur.*

N. *Sic quoque figitur per 🜊, fiximque*

*xúmque per 🜈 dicto modo in mucoſam pinguedinem abit : quæ ſi ex arenagradatim deſtilletur igne fortiſſimo, lacteum humorem ſudat, digere hunc ac deſtilla, accipiéſque 🝆 candidum & ſuaue.*

Vires. *Vſus eius tùm internus eſt ad Renes exulceratos atque calculum, tum externus ad vlcera.*

4. *Alius*, 🝆 ☿ij ; *diaphoreticum dulce.*

℞. ☿ti, puriſs.q.v.tere & ſolue, p.d. ſuper tabulis ferreis ſtanno obductis. Liquori affundatur 🜈, fiat deſtillati, cohobiis toties repetitis, donec 🜈 aceſcere incipiat. Tandem abſtrahe leniter 🜈, manebitque in fundo 🝆 Mercurii dulce. *Hartmann. in pract.*

*Doſis à g.2. ad 6.*

N. *Aÿ pellunt igne fortiori ex arena, nanciſcunturque lacteum liquorem, qui rectificatus per ♌m euadit fragrantiſſimus ſine corroſione. Vide ſupra in deſtillatis.*

5. *Liquor ☿ Iouialis.*

℞. ☿ crud. ♃is ana ℥ij. F. ãããã. Huic adde Mercurij aliquoties ſublimati ℥iv. Trita ſoluantur per deliq. Liquorem digere cum 🜈 per menſem. Poſtea abſtrahe 🜈m △e leniſſimo in MB ne 🝆 ſimul aſcendat. F. cohobatio quater vel quinquies. Vltimo remanebit in fundo 🝆 ☿ ♃iale.

Vires. *Poteſt adhiberi intrinſecus & extrinſecus.*

*Doſis g.2. ad 6.*

6. *Liquor ☿ ♎ti.*

Sublima ☿ti ℥j. cum ana ✳ci adde 🜈, ad eminentiam 3. digitorum, digere ſimul per 6. ♉ & per ♌ pelle. Poſt 🜈 egredietur Oleum, quod in frigido coagulabitur in maſſam albam, quæ in cella poſita reſoluetur in liquorem ☉em diſſoluentem, eumq; in volatilitatem adducentem.

*Ex S. Cloſſ.*

## *VII. SALICATIO*

℞. Corpus ex præparatione 🝆i ☿i fragrantis reſiduum (*vide ſupra*) affunde idem illud 🝆 fragrans, digereque & extrahetur ſal ☿. Extractioni decantatæ, affunde 🜈 quantitatem bonam, demum abſtrahe 🜈 in cinere, & aſcendet poſt 🜈 & 🝆 ☿ii relicto ſale in fundo. *Thold. ex Baſil.*

Vires. *Summum eſt & efficaciſſimum arcanum in extirpanda Lue venerea, etiam radicata & inueterata, ſanguinem mundificat, adeoq; omnis generis vlceribus ſine & cum malignitate coniunctis medetur, ſcabiei confert, impetigines ſanat.*

*Doſis g.1. ad 2. vel 3.*

## C A P. XVI.

### *De Cinnabari.*

CInnabaris *duorum* generum Officinis *in vſu* eſt, factitia ſcilicet & *natiua, ſiue* mineralis. Factitiam deſcripſimus in ſublimatione Mercurij. Natiua eſt terra mineralis lapideſcens, rubicunda, conſtans ex 🜍e & ☿io viuo cum terreſtri materia inſtar lapidis, compactis. Germ. *Zinober.*

N. *Dioſcoridi dicitur Minium: quippe ex Minio Mercurium viuum elici, affirmat. Nec obſtat, quòd contrarium verbotenùs dicat, nimirum ſuam Cinnabarim à Minio diuerſiſſimam eſſe; Etenim quid Dioſcoridis Cinnabaris fuerit, nondum certo conſtat. Sunt enim qui ſanguinem Draconis intelligunt, alij Minium Officinarum ex plumbo factum.*

Reperitur in diuerſis Europæ locis, in Vngaria, Germaniæque locis variis; Prope Alsheimium Palatinatus, &c. Modusque ☿ m inde eliciendi, vel ruſticis non ignotus eſt. Ollam cinnabari implent, eamque ollæ alteri, interpoſita pertuſa lamina ferrea, ore conuerſo imponunt, lutoque circumlito, vi ignis circularis Mercurium viuum ex olla ſuperiori in inferiorem defluere faciunt, ad modum quo deſtillatio per deſcenſum dicta perficitur.

Eligenda quæ grauida Mercurio & 🜍e præſtantioribus, adeoque Vngarica, vtpote quæ naturæ ſolaris.

Vire. *Vſus eius internus, prætorquam quod Antiepilepticis nonnunquam permixta deprehenditur, quod ſciam nullus eſt. Extrinſecus autem adhiberi poteſt ad ſanandam Luem veneream, ſcabiemq; aliam, (in ſuffimentis, &c.)*

P R Æ P A R A T A.

*Præcipitatus Diaphoreticus Hartmanni.*

1. Cinnabaris ſoluatur in ſua principia.

2. Principia illa purificata denuo coniungantur, reducanturque in puluerem.

*Proceſſum Hartmannus ſatis prolixum exhibet, in fine Commentariorum in Croll.*

*Hunc breuioribus ſic habe.*

Solue ſenſim Cinnabarim, (Vngaricam,) in magna quantitate. Ω ⊖is ſupra ♉ ana △ fortiſſimo cohobati: (coloris hic erit rubicundiſſimi,) Solutionem à 🜍e combuſtibili ſupernatante, vt & à fecibus reſidentibus ſeparatam deſtilla ex cucurbita in ⁘, & extillabit menſtruum principiis Cinnabaris in cucurbita relictis, quæ hac operatione apta reddita ſeparationi: Abſtracto igitur menſtruo, △que aucto, Mercurius. albiſſimus aſcendens lateribus cucurbitæ adhæreſcet, manentibus in fundo 🜍e & ⊖. Collige Mercurium dictum ſeorſim, purificaque quàm optime; videlicet.

1. Soluetur ☿ ebulliendo in ⁜ hinc

hinc ſolutio à fecibus ſuis decupelata committatur deſtillationi, vt ※ abſtrahatur.

2. Procede eadem ratione cum Mercurio remanente, adhibeque loco ※ pluuiam vel rorem majalem ſtillatit. idque 3. vel 4. donec nimirum ☿ plane albiſſimus remanſerit. Hunc digere cum 🜅 rectificatiſſ. per menſem.

Interea ſepara reliqua principia, (🜍 & 🜔) & clarifica. Nimirum 🜔 elixiuietur, ſ. a. affusâ 🜄 pluuia ſtillatit. calida, depuratúmque digeratur cum 🜅, tandem 🜅 ad apparentiam cuticulæ ſupernatantis abſtracto ſinatur coagulari.

🜍 Itidem aliquoties cum 🜄 ſtillatit. calida, lotum & exiccatum, ſimili modo cum 🜅 digere, eundémque poſtea abſtrahe.

Poſteaquam itaque Mercurius, in 🜅 ſufficienter fuerit digeſtus & ſolutus, (rubeſcit enim totum illud compoſitum eleganter,) deſtilla ex 🝭 in Excip. capaciſſ. 🜄 ∴ gradatim adhibito, elicéque primo 🜅, hinc vrge, & prodibit Ω Mercurij (hinc inde ſeſe extendens & ſublimans inſtar Cryſtalli.) Peracta deſtillatione relinque per 8 viginti quatuor. Sic ſoluetur Ω Mercurij Cryſtalliſatus in 🜅. Separato tandem 🜅 in MB, remanet Ω Mercurij in fundo cinericei coloris.

Habitis his principiis, ad coniunctionem progredere.

Solue Cinnab. Vngaric. ℥vi. Ω. 🜔is cum ♉ acuato vt ſupra, ſequeſtratiſque fecibus ſolutionem decantatam deſtilla ad oleoſitatem: hinc affunde recentem Ωm, viciſſimque deſtilla, idque fac 5. vel 6. vicibus. Poſtea digere in MB ☍ ℘ (14.) Tandem abſtrahe △ l. ∴ donec Ω albicantes prodire inceperint, tunc mutato Excip. cape eos ſimul cum 🜄, vrgeque 🜄m, vſque ad ignitionem vaſis, 🜄m hanc ſerua. In huius 🜄æ ℥vi. ſolue 🜔 ſuprafacti ℥ij ac circula aliquandiu in MB. Poſtea imprægna 🜍is ℥ß. 🜄 illa, in qua 🜔 ſolutum, idque per vices, (ſemper affundendo ℥iß.) donec 🜔is ℥j. cum 🜍e fuerit copulata (ex pondere id cognoſcere licet,) ac ex ambobus factus ſit viſcoſus quidam liquor. Huius ℥ß. adde ℥ij. Ω. Mercurij ſupra præparati, inque Phiola H. cl. digere in Athanore, prudenter adhibitis △ gradibus, donec omnia in puluerem rubicundum fuerint verſa, id fiet menſib. trib. vel quatuor. Puluerem hunc corrige cum 🜅 & ſerua.

Vires. *Eſt Medicina vniuerſalis, in quolibet morbo exhiberi idonea, balſamum internum ad expellendum intro hoſpitantem hoſtem, vel per vomitum, vel per aluum, vel per ſudores mirifice adiuuans.* Doſis g. 1. vel 2.

CAP.

## CAP. XVII.

### *De Antimonio.*

ANtimonium eſt corpus minerale, naturæ Metallinæ finitimum.

*Conſtans* 1. ex 🜍e minerali, partim puriſſimo naturæ ſolaris, eoque in rubedine fundato, partim combuſtibili, (inſtar alterius 🜍is.)

2. Ex copioſo Mercurio metallico indigeſto, fuliginoſo, (coagulato tamen magiſque cocto, quam eſt Hydrargyrum,) participante de natura ♄nina.

Et 3. ex ſubſtantia quadam terreſtri & ſalina perpauca.

N. *Quod in Officinis proſtat, liquefactione ex minera eſt fuſum, inque formas pyramidales vt plurimum effuſum. Mineræ quoque etſi interdum proſtet venalis, attamen rara eſt.*

Dicitur Hebraicè Zadadah. Græcè *στιμι, στιβι.* Arabicè Aitmad ſeu Atimad. Latinè Stibium, Antimonium. Germ. *Spieſzglaſz, Ravvſpieſzglaſz.* Barbar. Antiſtini, Alcoſol Othi. Ænigmaticè Lupus, quòd ſcilicet omnia metalla præter Solem abſumat. Proteus, quod omnes colores Vulcani beneficio induat. Radix metallorum quod omnibus metallis q. adiaceat vel quod à nonnullis minera ſtatuatur metallorum. Saturnus Philoſophorum à deuorando. tùm quod ♄i, id eſt, Plumbi naturam redoleat, tùm quoque quod lapidem Philoſophorum inde parare ſomnient. Magneſia ♄i, eâdem ratione.

*Delectus.*

Variis in Regionibus eruitur ♁. Noſtraque Germania eius vbertatem paſſim præbet. Maximè tamen laudatur Vngaricum & Tranſſyluanum, vtpote quod 🜍e puriori dotatum, aurique minera imbutum eſt. Striis id ſplendidioribus & longioribus, obſcuràque rubedine, (quæ bonitatem eius arguit ob 🜍is abundantiam,) reperitur. Huius nimirum meminit Paracelſus ſub titulo rubentis Leonis, & Baſilius Monachus in Curru triumphal. ſub Orientalis nomine. Et hoc maximè ad Medicamentorum elaborationes eligendum eſt.

Artifices inſuper variis modis bonitatem Antimonij explorant. Quidam Chartæ luteo colore in Pharmacopoliis tinctæ, dentéque apri rite læuigatæ id affricant, certitudiniſque notam, rubram lituram, inductione illa poſt ſe relictam ſtatuunt: Alij fortiſſimo aceti ᔑu drachmas aliquot, benè pulueriſati Antimonij imbibunt, inque lamella ferrea vel figulina ad lentum ignem, ne ♁ fluat, euaporare ſinunt: quod ſi poſt euaporationem puluis Antimonij rubens relinquatur, vlterius de eius certitudine non dubitant. *Vide Baſilic. Antimonij Philippi Moltheri, qui ſe Hammerum vocat.*

Vires. *De viribus Antimonij audiamus Quercetan. in tetrad. cap.* 51. *In Antimonio*, inquit, *ſunt ſexcentæ pro-*

*prietates, variæ ac præſtantes, vt præparantes, expurgantes, vomitiones concitantes, & id genus alia, vt nunquam ſatis laudari queat hoc Medicamentum. Crudo attribuerunt Veteres vim adſtringendi, exiccandi, meatus corporis obſtruendi, excreſcentias carnis abſumendi, cicatrices obducendi, oculorum vlcera & ſordes mundificandi, vnde & ad Collyria inprimis commendatur. Sunt & qui ad Epilepſiam arcendam exhibent, etiam in ipſo paroxyſmo.*

PRÆPARATA.

Præparationes quibus ♁ ſubiicitur ſunt. 1. Calcinatio. 2. Sublimatio. 3. Deſtillatio. 4. Liquatio. 5. Extractio. 6. Infuſio. 7. Salificatio. 8. Mercurificatio.

Calcinatio eſt tum ſicca, tum humida.

*1. CALCINATIO SICCA.*

*Vnde*

1. Vitrea, 2. Croci, 3. Diaphoretica, 4. Reguli.

*I. VITRA ANTIMONII.*

1. *Vitrum Antimonij Hyacinthinum.*

℞. ♁ pulver. calcinetur in vaſe figulino amplo ac lato non vitreato continuò ſcil. materiam rudiculâ mouendo, ne concreſcat, quod ſi id præter ſpem euenerit, denuo pulueriſare oportet. Deducendus eſt hic labor △que augendus, vel in tantum, vt vas paulatim igniatur, materiâque cineream ſeu griſeum acquirat colorem, nec fumum, (à quo diligenter cauendum,) amplius omittat.

N. *Ex hac calce fit diaphoreticum laudabile ac ſingulare peſtis præſeruatiuum. Si vlterius in + igniatur, vt ex albeſcente colore fiat puluis ad flauedinem inclinans.*

*Doſis g. 8. infuſa in vino, datur cum ſucco calendulæ.*

Calx illa in + benè & ſatis fuſa, (quod immiſſo ſtylo ferreo experiri licet,) effundatur in tabulā lapideam, vel peluim æneam, vt in vitrum abeat. Vitrum ſi adhuc nigrum ac opacum fuerit, reiteranda eſt fuſio, donec pellucidum ac hyacinthinum colorem nanciſcatur, in qua fuſione aliquid Antimonij crudi Matthiolus admiſcet. Sed vereor ne pelluciditatem deprauet. *Vide Baſilium in curru triumphali Antimonij.*

N. 1. *Calcinationem maturandi gratia licet ⊖ dimidium (velana) addere, id quod poſt abſolutam calcinationem aqua feruente & dein ✕ inſuper affuſo abluendum.*

2. *Fuſionem vt promoueas Borracem addere potes, nempe ad ℔. 1. Borrac ℥ß. nec eſt quod inde periculum metuas: Etenim poſthabito, quod Borrax exhalet, conſtat quod Borrax ſine noxa intro ad ʒß. exhibeatur.*

3. *Tempus vitrificandi eligunt nonnulli, quo ☉ & ☾ in ♒ vel ♓ (ſignis aqueis) exiſtunt.*

4. *Accenſeri poteſt vitrificationi & illa operatio, qua ♁ leui opera ignis, vitriformam, licet abſque perſpicuitate induit, ♁io ſcil. in +bulo liquato intinguntur ferrei baculi, decutiturque quicquid adhæſerit, atque hac ratione totum ♁ extrahitur. Extractum & contuſum denuo liquatur, extrahiturque vt ante, idque toties, donec ♁ optimè pulueriſatum rubicundo-purpureum colorem acquirat.*

*Doſis & vſus cum ſimplici vitro communis eſt.*

*Rectius*

*Rectius tamen ♎u 🜍is, ⊕i, vel proprio aceto aliquoties cohobatum, vt euaneſcente purpureo colore, albicans euaſerit, exhibetur. Valde enim eius vis emetica hac correctione emendatur, vt ſolam per aluum deturbandi vim poſtea obtineat. Verum febrium curatiuum.*

*Doſis g.3.ad 5.in ▽ centaur. min. vel ſimili, Molth.*

2. *Vitrum ex Minera.*

℞. Mineræ ♁ opt ⊕ puriſſ. ana calcinentur optimè ac fundantur in vitrum. *Caſil.*

3. *Vitrum Antimonij flauum.*

Fit ex Regulo. *Vide ſuo loco.*

4. *Vitrum Antimonij rubeum.*

NB. Si vitrum antimonij miſcueris cum 🜍 citrino, ac fuderis in vitrum, hoc ipſum rubeſcit. Alij fundunt cum ⚯, ſed præſtat ab hoc abſtinuiſſe.

5. *Vitrum album.*

℞. Antimonij, p.1. Borracis, p.ij. vel iv. funde aliquandiu, ſic aſſumit primo colorem citrinum, poſtea album. Effunde vt in vitrum abeat. *Baſil.*

Vires. *Vitrum Antimonij humores craſſos, viſcidóſque eiicit, in ventriculo viciniſque locis ſuperfluos, idque per vomitum ac per aluum. Reſiſtit quoque venenis in peſte, præcipuè ſi cum + propinetur, quippe hac ratione & ſudorem ciet: vtile quoque eſt in febribus putridis ac malignis, Hydrope, &c.*

Vſus & Doſis. *Datur à g.2. ad 4. in infuſione à g.3. ad 6. vide de hac infuſione infra.*

6. *Vitrum ♁ nigrum extemporaneum S. Cloſſ.*

♃ mineræ ♁ ij ℥ij. Liqueſcat in + tum iniice per cochlearia aliquid de mixturâ ex ⊖ decrepit ☾ & ☠ 🜖 communis compoſitâ anna ℥ij. abſumptis puluer. effundatur ♁ in peluim aut mortarium calens. Habebis vitrum nigrum purificandis metallis aptiſſ. Si ♄ni ℥ß. addatur, repurgabit ☉ inſtar Reguli ♁ij.

7. *Vitrum Antimonij Diaphoreticum.*

Vitrum ♁ij Diaphoreticum euadit, ſi pulueratum ſæpè maceretur cum ⚹ ſæpéque fundatur. *Libau. lib. 2. Alch. tract. 1. c. 23.*

8. *Vitrum Regulinum.*

Calcina Regulum pulueriſatum, (continuo agitando, ne fundatur,) donec fumus ceſſet, hinc funde & effunde. Sic in vitrum euadet quàm elegantiſſimum.

N. *Si* ⊖*lem addideris, citrineſcet vitrum.*

*Huius doſis maior exhiberi poteſt quam præcedentium.*

9. *Vitrum Antimonij Solare, ☉ tranſparens.*

℞. ☉ puriſſ. ℥ß. ♁ Vngar. ℥viii. Funde ad △, ac effunde (cauendo ne in Regulum abeat) mixtum pulueriſatam calcina per ſe (vt calcinatur ♁ in præparat. vitri,) donec non amplius fumiget. Deinde funde fortiſſ. △ effundéque in peluim, vt abeat in vitrum tranſparens rubicundum.

N. *Inuenies in fundo +buli ☉m dimidia parte diminutum.*

*Hartm. in Croll. Keſt. 3. c. 30.*

Ex hoc fit infuſio cum 🜅, quam Tincturam vocant.

10. *Aliud ex Regulo.*

℞. ☉ opt. ℥ß. Regul. ℥viii. Fundantur, pulueriſentur ac calcinentur ſine fuſione, donec fumus ceſſet. Dein liqueſcant ▽ fortiſſ. effundantúrque vt vitreſcant.

N. *Huic calcinationi finitima eſt calci*

*calcinatio Antimonij crudi, cum C.C. vſto. Nimirum læuigantur ſimul optimè ♁ & C.C.vſtum, proportione anatica. Hinc committuntur igni, vt calcinentur.*

Vires. *Sudores prolicit.*

*Doſis gran. à 3. ad 5. vel 6.*

Quoniam Vitra ♁ij violentius vt plurimum operationes ſuas proficere, adeoque corpus anxiè affligere ſolent, diuerſæ inſtitutæ ſunt correctiones, quibus violentia ea aliquo modo infringi mitigarique queat; ideoque.

2. *Corrigitur vitrum Antimonij.*

*Correct.* 1.

℞. Vitrum antimonij teratur ſubtiliter, aliquotiéſque affundatur 🜋 atque iterum exiccetur. Hinc fit Electuarium Antimoniale, ſeu Pilulæ Antimoniales Crolli. *Vide lib.* 2.

*Correct.* 2.

℞. Vitrum ♁, digeratur aliquandiu in 🜈. ⊖is extractioni decantatæ, affunde ▽ commun. ac reſidebit 🜿 ſine violentia vomitum ac ſeceſſum ciens.

*Doſis g.* 2. 3. *ad* 6. *Clariſſ. Dn. D. Petrus de Spina.*

*Correct.* 3.

℞. Vitrum ♁, q. v. ſolue in 🝆 🜊i, per deliq. ſolutioni inſtilla 🜈. ⊕i, ac concreſcent illico Cryſtalli exiccandi.

*Doſis g.* 3. 4.

*Correct.* 4.

*Vitrum ♁ purgans.*

℞. Vitri ♁. pulv. ℥j. 🜈 vel 🝆 ⊕i, (vel 🜍 per camp.) ℥j. Miſc. exactè ac exicca lento △. Repetatur id ſepties vel vltra, ſemper 🜈 ⊕i ℥j. admiſcendo.

N. 1. *Præſtantior fit hic puluis, ſi in extracto Maſtich. [ex Maſtich. & 🜅] per ♂ 3, maceretur, ac 🜅 poſt modum deſuper accendatur, penitúſque exhalet. Puluis reſiduus l.* △ *cinerum in patella vitrea (horis 12.) exiccetur.*

Vires. *Purgat per inferiora.*

*Doſis à gr.* 3. *ad* 5.

N. 2. *Si pulueris huius* ℨij. *vel pulueris prioris non macerati.* ℨij. *in Electuario Antimonij Crolliano, vitro ibidem ſubſtituantur, præſtantius idipſum euadet.*

N. 3. *Fiunt & inde Pilulæ Antimoniales ad Febres. Hartmann. vide libro* 2.

*Correct.* 5.

5. Fit per ſeparationem 🜍is ⊶calis. *Vide in infuſionem* ▽ *bened. Brendelij.*

*Correct.* 1.

*🜈 ⊕i purgans.*

℞. Vitrum ♁ pulu. q. v. affunde 🜈m ⊕i non rectific. ad eminent. duorum digitorum. Digerantur aliquandiu calore leni, ſic fit Extractio nigropunicea.

Vires. *Purgat per inferiora.*

*Doſis gut.* 6. 7. 8. 9. 10.

*Hartmann. in Croll.*

N. 1. *Eodem modo corrigi poteſt per 🜈m 🜍. vel + proprium.*

N. 2. *Ex Tincturâ illa nigropuniceâ (ſc. per 🜈um ⊕li extractâ) paratur 🜊 album ⊕latum purgans, quippe virtute ♁ali impregnatum, affundendo ei duplum olei 🜍 ceagulumque ſiccando.*

*II. CROCI Metallorum.*

1. *Crocus Metallorum vulgaris.*

℞. ♁ij Electi, ⊕ puri an. ſigillatim trita atque exactè mixta in flammentur in +, vel mortario æneo, remanebit materia ob colorem hepati haud diſſimi

diſſimilem, Hepar ♁ij dicta. Hæc edulcorata ▽ calida, dicitur Crocus Metallorum.

N. 1. *Si ▽æ, in qua Hepar ♁ij edulcoratum, acetum inſtillaris, præcipitem dabis Crocum ſubtiliorem, ſeu vt aliis placet, 🜍 auratum.*

N. 2. *Inflammato (quam & detonationem vocant) fieri commodius poterit, ſi materiam paulatim ac per vices inieceris, primáque vice vel carbone viuo, vel ferro ignito materiam incenderis.*

N. 3. *Ex ▽, edulcorationibus illis impregnatâ ſi aliquantulum euaporauerit, Cryſtallos* (. i *vel lapidem Prunellæ ☿ialem colligere potes, cuius vſus idem qui lapidis Prunellæ dicti: Exhibet itidem inſigne cauſticum.*

N. 4. *Sunt qui ⦶♀ ac ♁ incluſa, crucibulo comburunt, relicto ſolo foramine, Combuſta coniciunt in ▽ calidam, vt impregnetur. Hinc decantant atque inſperſo + præcipitant. Sic Crocum Metallorum nanciſcuntur ſubtilem, magis fixum, quem vlterius in 🜅 macerant.*

2. *Crocus Metallorum Rulandi.*

Crocus Metallorum Rulandi quiſnam ſit & quomodo conficiatur? variè agitatur. 1. Quercetanus ferè in opinione eſt, Crocum illum Rulandi non eſſe diuerſum à Croco Metallorum vulgari: Hartmannus ab hoc non niſi leui diſcrimine diſtat, quod in præparatione ſitum eſt: nempè ⦶o fluenti & ab △ remoto, ſine inflammatione admiſcet ♁ ſpatula ferrea continuo agitando, donec omnia probè ſint mixta[1], quæ tandem accendit.

N. *Si qua inflammatio acciderit, ſubſiſte, iuſtam ⦶ refrigerationem expectans.*

2. *Tentzelius in ſuâ Exegeſi ex Libauio hunc præfert, quem & Mylius in Baſilica Chym. pro ſincero habet.*

℞. ♁ij, ⊖is, ⊖i, ā.

Minutiſſimè ſeorſim trita indantur catino, luto probè munito, (foramine tamun paruulo, in media ſummitate, ſpiritum arſenicalium exhalandorum, gratiâ, relicto:) inque furnum anemium collocentur, △e follium, ſi libet, adhibito, donec omnia ſufficienter fluant, tamdiu continuando, quamdiu fumus per foramen prorumpere non deſinit. Quando vero deſierit, △m probe ad ¼ horæ adauge, dein eximè vbi ♁ forma vitri cinnaberini in fundo à ſalib. ſupereminentibus inſtar Reguli à ſcoriis ſequeſtraſtrum ſeſe, malleo facilè detrucandum atque terendum dabit. *Vide Hartm. diſp. Chymiatrico-Medicas.*

N. *Eiuſdem cum ſuperiori eſt vſus, niſi quod deorſum colluuiem vitioſorum humorum deturbare potiſſimum ſolet.*

3. *Brendelius* Vitrum Antimonij pro Croco Metallorum Rulandi venditat.

4. Alij Regulum, quippe qui nonnunquam, vel ſponte ſua in præparatione vitri ♁ in globulos paruos abit. Sit vt ſit: quodlibet horum haud citra magnam vtilitatem in vſum Medicum vocari aptum eſt.

Vires. *Vtriuſque Croci idem eſſe poterit vſus. N mirum in doloribus capitis ab impuritate ventriculi, (quæ non raro concitantur,) Epilepſia, pleuritide, Melancholia Hypocondriaca, Febrib. tum continuis, (ac præcipuè Vngarica dicta,) tum intermittentib. In peſte, præſeruatione ab Arthritide, coagulatione ſanguinis, &c. In quibus omnibus cum conuenienti ▽a exhibitus purgat per vo-*

*mitum, ac nonnunquam per ſeceſſum.*

*Vſus præterea eius inſignis eſt in Clyſterib. Nimirum* ʒß. *vel* ʒj. *ebullire ſinitur, in aqua conuenienti vel vino: Colatura admiſcetur brodio vel decocto ſimplicium mollientium, optimúmque Medicamentum in colica exhibet.*

*Doſis interna eſt à g. 3. ad* ℈ß. *Ego vix 6. gr. tranſcendo.*

*Crocus* ♁*ij Regulatus.*

Fluat Regulus ♁ij cum pari pondere 🜕, fuſaque materia remotis ſcoriis in lateribus eluatur à nitroſâ ſalſedine, poſtea exiccetur, & cum affuſione 🜅 aliquoties humectetur & decantetur. Ex comm. Greg. Horſtij.

Vires. *Longè minus per vomitum, magis vero per aluum mouet, ad gr. x. cum Zibebis laxat. tribus exhibetur, vel cum diagrid. correcto per fumum* 🜍 *&* ☿*o dulci.*

## *III. DIAPHORETICA.*

1. ♁ *Diaphoreticum vulgare.*

℞. ♁ij opt. 🜕 pur. ã. Exactè mixta calcinentur detonatione, [vt in Croco Metallorum vulg. dictum,] ternâ, ſeu donec amplius detonationem recuſet, (poſt ſingulas detonationes materiam edulcorare oportet, edulcoratúmque & exiccatum deuuo cum 🜕 ann. miſcere.) Tandem ♁ium diaphoreticum candidiſſimum exicca pro vſu.

N. 🜄 *illa edulcoratoria ſi euaporet, reddit Lapid. Prunellæ* ♁*ialem, de quo in* 🜕.

*Modus compendioſior.*

℞. 1. ♁ crud. 🜕 puri ãn. Immitte in 🜊 cui aliud 🜊 inuerſum in fundo perforatum imponatur, luto inferiori 🜊o annexum: ignem da circularem, quo materia accenſa paulatim calcinetur, fumúmque per foramen expiret ignem per horam continua, qua prælapsâ, materiam puluerisatam 🜄 calida edulcora.

2. ℞. Materiæ huius edulcoratæ part. ij. 🜕 puri p. 1. vel ana. impone crucibulis, vt in priori operatione:

N. *Sic* ♁ *diaphoreticum præparaui aliquoties ſine vlla moleſtia ſudorem mouens.*

Alij 🜔 non abluunt, ſed maſſam tritam cum pondere æquali 🜕, vt ante miſcent: alij addunt ♀, vel 🜹is ¼ miſcent.

Baſilius circulat inſuper hoc ♁ diaphoret. cum 🜅, quem dein deſuper incendit, &c. dein reuerberat, atque puluerem reſtitantem per deliq. reſoluit.

Vires. ♁ *hoc diaphoreticum reſiſtit corruptioni, mundificat ſanguinem, conducit aduerſus omnes obſtructiones licet inueteratas, Hepatis, Lienis, Meſenterij, aliarumque partium internarum: aduerſus retentionem menſium, cachexiam virginum, Hydropem, Melanchol. hypochondriacam, Luem* ♁, *vlcera tàm interna, quàm externa, Scabiem: præſertim confert & in febrib. malignis, Exanthematib. & variolis, rumpit interna apoſtemata, verum non ſubito, ſed paulatim operationes ſuas exerit.*

*Doſis à g. 10. ad 25.*

2. *Flores* ♁*ij fixi, ſeu* ♁ *diaphoreticum.*

Fit ſi ♁ diaphoreticum præcedens in 🜄 horis aliquot coquatur, decoctúmque filtretur, ſic præcipitabitur nempè puluis ſubtiliſſimus ad fundum (maximè ſi ✕ inſperſeris) virtute priorem ſuperans.

N. *Hic puluis Baſilio Valentino in curru ſuo triumph. dicitur Flores* ♁*ij fixi, ſeu puluis albus* ♁*ij, quem commendat*

*mendat ad intericra apoſtemata, vt & in Lue venerea, in qua cum ſpiritu Guajaci exhiberi poterit.*

*Præterea in iiſdem affectibus conuenit præcedens diaphoreticum, puluis hic maiori cum vtilitate exhiberi aptus eſt.*

*Doſis g. 15. quam doſin vel quinquies Valentinus ſingulis diebus exhibet.*

3. ♁ *Diaphoreticum* 🜿*riſatum.*

*Flores* ♁ *ij* □ *ſati, F. F.*

℞. ♁. Diaphoret. vulgar. Sal. 🜿 ℥iij. M. fluant in tigillo hor. 4. dein tere ac diſſolue per deliq.

Hinc

℞. Olei huius ℥ij. ſpir. 🜖i ℥j. inſtilla guttatim & præcipitabitur puluis, quem ſicca & ſerua.

*Doſis à g. 5. ad 10.*

## *IV. REGVLI.*

### 1. *Regulus Antimonij ſimplex.*

1.

℞. ⦶i ac 🜿i ana, calcinentur ſeu fluant in + vi ignis.

℞. Materiæ huius calcinatæ, ac Antimonij ana miſce ac committe iterum in + igni fortiſſimo, quo inſtar aquæ fluant.

Funde poſtea in calicem fuſorium vel mortarium æneum ſeuo illitum, idque mouendo, Reguli ſeparationem & ſubſidentiam promoue. Omnibus refrigeratis Regulum à Scoriis ſepara.

2.

℞. Antimonij elect. ℔. ij 🜿i ℔. iv. Fundatur ♁ & poſtea adiiciatur paulatim 🜿 ℔iiß. circiter, linquatur in fluxu per tempus. Dein fac Regulum, ſeparaque Scorias. Regulum purifica, iterum fundendo, & dum fluit, reliquum ☿i addendo.

3.

℞. Calcem Antimonij cineream per ſe factam, (vide in præparatione vitri ♁) fluat ad △ 🝮 integra, dein moueatur ab igne & reponatur vt refrigeſcat. Agiteturque refrigeſcendo, vt Regulus deorſim vergat ad fundum ſecedens.

N. 1. *Alij admiſcendo carbones pulueriſatos maiorem Reguli quantitatem ſibi pollicentur.*

N. 2. *Ex Scoriis fit* 🜍 *auratum; vide ſuo loco.*

N. 3. *Regulus quomodo fixetur; vide de floribus* ♀ *vel in deſtillatione* ♎ *Reguli.*

N. 4. *Tempus fuſionis optimum cenſetur,* ☾ *creſcente præſertim* ☉*e in* ♌ *conſtituto, atque inſuper ſereno Cœlo. Experientia enim docuit tunc temporis maiore felicitate Stellæ fuſionem ſuccedere.*

### 2. *Regulus* ♂*alis.*

℞. ♂. ℥ix. circiter, appone igni donec incipiat liqueſcere. Huic adde Antimonij ℥viii. auge ignem vt fluant. Poſtea iniice ⦶ M. ſ. & cum ceſſauerit ſtrepitus, funde in vaginam fuſoriam, (*Gieſzpuckel,*) vel in mortarium ſic ♂ & Regulus ſimul vniti in fundo coaleſcent.

Fit & ſi in ſecunda fluxione, ♂is limaturam vel fruſtra inieceris.

N. 1. *Regulus hic ſi aliquoties fundatur (in quibus fuſionibus ſemper aliquid* ⦶ *vel &* 🜿*i iniiciendum,) & à ſcoriis ſeparetur, tandem ſtellam contrahit, ſolis radiantis inſtar, imo vel multis ſtellis ac ſi terra aquis circumdata eſſet Regulum ſignatum vidi.*

N. 2. *Plures regulum præparandi modos habet Sennertus in Inſtitut. lib. 5.*

*lib.5.p.3.ſect.3.cap.1°.*

N. 3. *Ex Scoriis fieri poteſt vitrum. Sala.*

N.4. *Si Regulum in Ωu ♉ ſolueris, ſolutionémque aliquoties maceraueris ac deſtillaueris, tandémque inſpiſſaueris, optimum habebis catharticum ἔνω ἢ κατὼ blande noxia expellens.*

*Doſis gran.2.3.*

*Tenzel.de Ωu ♉.*

*Videſis etiam Tincturam ex Regulo ♂ & ♀.*

3. *Regulus Iouialis.*

Fieri poteſt, ſi Regulum ſine ♂ factum, denuo ad ignem fuderis, durantéque fuſione ♃ adieceris.

4. *Regulus ☉laris.*

℞. ☉ part.1. ♁ p.IV. vel VI. fundantur & effundantur vt moris in Regulum à ſcoriis ſeparandum. Scorias adiecto ♁io crudo, funde iterum ſuperiniiciendo cum fluxerint parum de ſcobe ♂ ac effundendo denuo, vt Regulus ſubſideat. Sic potes vice tertia procedere, vel donec nihil amplius Reguli appareat.

N. *Similiter fit & Regulus ☽aris.*

5. *Diaphoreticum Regulinum ſeu Ceruſa ♁ialis, & exinde Ceruſa ♁ialis diaphoretica.*

℞. Reguli p.1. ⦶i Cryſtall. p.iij. [alij añ] fluant ſuper carbones per ⧗m, dein edulcora, ſeparando Reguli grumos, qui in fundo colliguntur. Puluis l. △. exiccatus dicitur ceruſa ♁ialis. Hunc puluerem ſi denuo cum ⦶ calcinaueris, vel ſine fuſione ad citrinum colorem reuerberaueris, planè fit diaphoreticus, diciturque ceruſa diaphoretica.

Vires. *Ceruſa Intrinſecus maxima cum vtilitate aſſumi poteſt in curatione vlcerum inueteratorum, ſcabierum aut puſtularum pertinacium, continuis 3.4. aut pluribus ſeptimanis, quotidie ſcil. aſſumendo. Diuerſimodè operari conſueuit. Nam in quibuſdam duabus vel tribus primis diebus nauſeam aliquam producere ſolet, cum crebra expuitione, reliquo tempore inſenſibiliter operatur: Aliis aluum laxat moderatè, aliis ſudorem ciet, aliis prorſus inſenſibiliter & non niſi in fine tandem manifeſtas operationes edit. Extrinſecus deſiccat, ſtringitque, moderatè abſtergit & aperit.*

*Doſis intro ℈ß. ad ʒß. 4. aut 5. hor. ante prandium.*

*Ceruſſa Antimonij diaphoretica citra nauſeam eaſdem operationes, & quidem maiori cum fructu operatur.*

*Doſis eadem. Vide Salam in Anat. Antimonij.*

6. *Ceruſſa Antimonij Solaris.*

℞. Regul. Antimonij ℥j. ☉ purg. ʒj. ⦶i ℥iij. calcinentur in +bulo ſine fuſione. Sic Regulus abit in puluerem citrinum, ☉ vero pondere imminutus inuenietur. Puluerem edulcoratum, ſi libet, denuo calcina.

Vires. *Sudorem ciet.*

N. *Curioſitas humana adinuenit quoque calcinationem per calorem Solis Cœleſtis, quem magicum appellant.*

*Nimirum:*

Concentrentur radij Solares in ♁ pulueriſ. beneficio ſpeculi incenſorij, ſic breui tempore fumus ex ♁ aſcendet, Antimoniúmque album euadet.

N.1. *Pondus Antimonij poſt calcinationem auctum potius, quam imminutum deprehenditur.*

N. 2. *Flores Antimonij hac ratione facilius calcinantur, quam ♁ crudum.*

CALCINA

## *CALCINATIO HVMIDA*
*Vnde*
## *PRÆCIPITATA.*

1. ♁ *Rubeum fixum.*

℞. Antimonij elect. q. v. affunde 🜆 ſtent aliquandiu in digeſtione, donec calx in fundo alba appareat. Poſtea abſtrahe 🜆 per deſtillationem, (vel decantationem,) vel & affundendo ▽ præcipita, calcemque elue ▽ tepida, donec ♌ 🜆 non amplius ſentiantur. Puluerem ſiccatũ reuerbera in ✠ clauſo hor. 6. (σ 3. *Baſil.*) fietque rubeus.

N. *Reuerberatio hæc minori moleſtia in fornace figulina abſolui poterit.*

Vires *Feliciſſimè purgat æque deorſum quàm ſurſum, idque non tàm natura ſua, quàm humoris bilioſi circa ventriculum ſtabulantis; quinimo in nonnullis per diaphoreſin operatur.*

*Doſis. 2. 3. 4. & plura.*

Baſilius decantat ſolutionem 🜅, decantatam deſtillat ad ſiccitatem pulueris, cui affundit ▽ pluuiam: digeritque vt fiat extractio rubicunda: hanc iterum filtratam deſtillat ad ſiccitatem: Ex puluere rubeo remanente extrahit cum ✕ tincturam rubicundam, abiectis fecibus albis, ✕ iterum abſtrahit, puluerenque relictum reuerberat σ 3. poſtremo extrahit tincturam cum 🜄ˢ, fecibus itidem reiectis; tandem abſtrahit 🜄ˢ ad ſiccitatem.

Vires *Summarum eſt virium in reſoluendo cruore coagulato, in rumpendis Apoſtematibus, incuranda Lue venerea. Baſil.*

2. *Præcipitatum vitrum.*

Soluatur vitrum Antimonij in 🜆 ſeu in 🜅 vel in 🜺 🜍 is, aut in ♌ u 🜔 dein menſtrui abſtractione fiat præcipitatio.

N. 1. *Ex præcipitato illo* ♁ *antequam reuerberetur, extrahi poſſunt* 🜍*r & ☿ Antimonij, de quibus ſuis locis, Sala de* ♁.

N. 2. *Si Antimonio groſsè contuſo affuderis* 🜆, *& reſpoſueris aliquandiu, extrahetur* 🜍*r Antimonij, partim ſupernatans, partim fruſtula Antimonij obducens. Hoc* 🜍*r in lixio* ☐ *i ſoluitur, ſi inibi decoquatur.*

3. *Præcipitatum Antimonij diaphoreticum.*

℞. Croc. Metall. ℥ij. impone deſtillatorio vitreo oblongi colli, quod calenti △ immergatur, hinc affunde ſenſim ♌ m 🜔 ℥xii. moueque ſæpius ne ♁ fundo adhæreat. Conſerua id calidum, donec ♌ 🜕 non amplius laboret, & ♁ redactum ſit in puluerem album. Dein vaſe exactè clauſo, digere in 🝫 ſeptiman. 4. aut 5. ac tandem ſepara ♌. 🜕 in ∴, pulueremque ſpatula lignea agitando, exicca ad △, donec nullus amplius fumus exhalet. Hinc ablue & relue ▽is cordialib.

*Doſis à g. 4. ad. 2. Sala de* ♁.

4. *Præcipitatus Regulus* ♂.

℞ Clor. Regul. ♂ (cum 🜹 ſublimat. & edulcoratos) ſolue in 🜆 (ex, 🜕 & 🜹 deſtillat.) digere ac tandem per iteratas cohobationes præcipita. Præcipitatum ablue & reuerbera vt ♌ 🜆 ſeparentur, continuo ſpatula ferrea agitando, donec acquirat colorem flauum. *Quercet.*

## *II. SVBLIMATIO.*
*Vnde*
## FLORES & CINNABARIS.

1. *Flores Antimonij Crudi, vel mineræ Antimonialis.*

℞. ♁ crudi triti, q. v. pone in cucurbitam fictilem, quæ in ∴ m ponatur

 ſatis

ſatis profunde. Cucurbitæ adapta alembicum cæcum vel tortatum cum excipulo, aut ſi mauis connecte ollas aliquot (Num. iij. vI. vel plures, (ſeſe in vicem excipientes: Ignem gradatim admoue, ne ſit nimium fortis, nec debilis nimis. Si enim fortior ſit, funditur Antimonium, nec ſublimatur, ſin vero debilior, non aſcendunt flores. Si rectè △m rexeris, colliges triplices flores, albos, flauos & rubros. *Sen. Inſtit.* Phlegma antimonij in appoſitum excipulum colligi poterit.

N. 1. *Felicius ad compendioſius proceditur.*

*Primo, ſi cucurbita tubulum ſeu canalem in latere habeat, per quem ♁ tritum paulatim & per vices, (ſingulis horis parum.) in cucurbitam (gradatim ignitam, iniiciatur. Liqueſcit enim ſtatim ♁, abitque ferè penitus in flores.*

*Secundo, ſi cucurbita oblique fornaci imponatur, vt tubulus perpendiculariter aſcendat.*

*Tertio, ſi in anemio ſublimatio inſtituatur, ac Antimonij ℥ij. ∴æ ℥ij. admiſceantur. Alij admiſſent carbones contuſos, eliciuntque 🜍r, remanente in fundo materia cœrulea, in qua ☿ Antimonij.*

*Quarto, alembici vertex foraminulo ſit peruius. Et hoc benè notandum eſt, niſi ſine fruſtrari velis.*

N. 2. *Parari poſſunt & flores Antimoni per 🝭m binis noſtris ante ſcil. & retro connexam, quorum roſtrorum antico apponitur ex pulum amplum, per poſticum autem inflatur ventus, vapores ſeu flores ab ♁ eleuatos, in excipulum deducens. Kesl. 1. cent. 31.*

N. 3. *Non ère foret, ſi excipulum foramen haberet canalémue, quo acidum phlegma in aliud exibulum ſuppoſitum deſluere. Quinimo excipulum niſi peruium fuerit, foramine flatibus egreſſuris idoneo, in caſſum laborabitur.*

*2. Flores Reguli.*

Ex Regulo eodem modo quo ex ♁ crudo flores eleuari poterunt.

*3. Flores cum additamento, ſ. compoſiti.*

*Ex ♁ crudo, regulo & vitro.*

℞. Antimonij ✳ an. miſceantur exactè & ſublimentur per ∴m.

N. *Sufficit alembicus ſine ollis; elevanturque flores rubei, qui 🜄 a calida edulcorati albeſcunt.*

Vires. *Vomitum mouent, mitius tamen quam ſimplices flores.*

*Doſis g. 4. ad 6.*

N. 1. *Reſtituit horum florum vſus Maniacos, Melancholicos, Quartanarios, vid. Epiſt. tract. 1. obſeru. Horſtij annexas.*

N. 2. *Si ☿ij dulcis gr. 12. gr. 2. horum flor. addideris, fortiterque ſimul contriueris, ferè ſine vomitu per ſeceſſum feroſa & bilioſa educunt.*

N. 3. *Eodem modo fiunt & flores ex Reguli & ✳, vel ex vitri ♁ & ✳, aqual. partib.*

N. 4. *Quod in ſummitate cucurbitæ inuenitur, adde fecibus in fundo relictis, additoque pauxillo ✳ ſublimationem repete, habebis flores flauos.*

*4. Aliter, 🜍 Antimonij ſecundum Baſilium.*

℞. Antimonij opt. ℔. 1. ✳ ℥iv. ſublima: ſublimato admiſce antimonij ℥v, ſublima iterum: hinc edulcora & habebis 🜍r combuſtibile. *Baſil. in Cur. Tr. p. 217.*

N. *Sunt qui loco ✳. ℞. ⊖.*

*4. Flores ♁ 🜖lati.*

℞ Florum antimonij rubeor. ℥iv. Flor. 🜍, (ſublimatorum ad perfectam albedi

albedinem) ℥ij. Colchotar. ʒxii. mixta ſublimentur ter, & habebis flores rubicundiſſimos. *Quercetan. in Tetrad.*

N. *Baſilius non addit* 🜍.

*6. Flores Reguli ſpiritu* ♂ *ac* ♁*is impragnati.*

℞. Reguli ſtellat. atque ✳ [ à ♂ ter ſublimat. ] ān. ſublima bis terué, hinc edulcora & exicca, tandem denuò à colchotare tertiò eleua.

Vires. *Purgant blandè, conferuntque ad omnes Febres intermittentes.*

*Doſis aliquot gr. Querc in Tetr.*

N. *Flores hi cum* ✳ *ſublimati, & nondum ab eodem edulcorati, reſoluuntur in liquorem magnarum virium in vulneribus Baſil.*

De vſu florum antimonij in genere notare expedit, quod ſc. quoniam violétos vomitus ferè proritant, optima correctione opus habeant, ſine qua non facile ac tutum erit, cos in vſum Medicum vocari.

*Sunt nihilominus qui exhibent g. 2. 3. 4.*

*Sit igitur.*

*Correctio florum Antimonij.*

℞. Flor. Antimonij alb. ℥j ⊖ ♄i ♎u 🜊 impræгnari ℥iß. Liqueſcant vi △ in maſſam rubram. Affunde maſſæ huic tritæ 🜄 ( ▽ vitæ, ) aromatiſatum, additis Salis vel Magiſterij Perlarum ac Corallor. an ʒij. Digerantur calore cinerum ȣ ℘2. poſtea abſtrahatur 🜄 ad ſiccitatem, remanebit in fundo ♁ optimè depuratum, ſeruetur in vitro clauſo, quia in aëre reſoluetur.

Vires. *Opitulantur morbis, ab atrabile oriundis, per aluum, per ſuperiora, per inſenſibilem reſpirationem noxia copiosè expurgantes.*

⊖ ♀i 🜊 *impragnatur hoc modo.*

℞. ⊖ ♀i [ frequenti ſolutione ac coagulatione ſummè depuratum, ] ſolue in 🜊 Hinc abſtrahe humiditatem lento igne, nouumque 🜊 affundendo, iterum ſolue ac abſtrahe. Operationes ſolutionis ac abſtractionis reperendo, donec 🜊 extillet aciditate ſua, non amplius ſpolliatum, ( quod octaua vel nona imbibitione ac deſtillatione fiet ( Exiccetur poſtmodum ; ſic habes ⊖ 🜍i impræгnatum.

N. *Huius vſus quoque eſt in Magiſterio* ♄ *i purgante.*

🜄 *aromatiſatus, ſeu* △ *vitæ aromatiſata.*

℞. Galang.
Galliæ moſch.
Garyophyllor.
Cinamom.
Macer. an. ʒß.
Croc. ℥iij.

Ex mediocriter tritis fit extractio cum 🜄 optimè rectificato, donec amplius non tingatur. Tinctura decantata eſt 🜄 aromatiſatus.

*Vide de his Crollium.*

*Correct. 2.*

Circulentur per menſem cum 🜄 mellito, ſic omnem deponunt violentiam, retinebuntque ſolam deiiciendi facultatem.

*Doſis à g. 5. ad 7. vel ad ſummum 10.*

*mellitus.*

🜄 affundatur melli, ſtet aliquandiu, poſtea deſtillentur : In fine augeatur △, vt ♌ quoque mellis tranſeat & iugatur 🜄.

*Correct. 3.*

Exponantur flores in ſcutella vitrea, charta ſupernè dumtaxat tecta, mediocri calori ( fernocis ) per menſem vnum ac alterum, quotidiè bis

(ne nonagitati nigreſcant) agitando: Flores maneant quidem rubei, ſed tamen benè poroſi & leues, 🜍re fœtido ad papyrum eleuato.

Vires. *Mouent ſedes duntaxat ſine vomitu ſatis benignè.*

*Doſis à g.5. ad 8. vel 10.*

*Correct.* 4.

Mitiores etiam fiunt, ſi aliquandiu cum ⊖ conterantur & poſtea iterum ▽ dulci dulcorentur.

7. *Flores Antimonij diaphoretici.*

℞. Flores ♁ irriga o°o 🜍is & calcina + clauſo △ carbonum.

*Sala in anat. Antimonij, ſ.3.*

N. *Alij affundunt* ♌*m* ⦶ *i, quo iterum abſtracto edulcorant ac calcinant, vt materia igniatur.*

8. *Flores fixi.*

*Flores Cheiri Paracelſo.*

℞. Flores Antimonij fige ſublimationibus, toties iteratis, donec nihil amplius ſublimetur.

N.1. *Flores relictæ in fundo materiæ, denuo in ſingulis ſublimationibus ſemper admiſcendi ſunt.*

N.2. *Hi flores in cella per deliquium in o°o ſoluuntur, quod ▽ deſtillata quinquies eluendum.*

*Fixantur flores hoc modo.*

Formetur pila rotunda terrea cum foramine, per illud immitte ♆ & reple ad medias, poſtea immitte quoque Nodulum floribus ♁ albis repletum, tum circumcirca nouam ♆ viuam agglomera, ad plenitudinem vſque globuli integram, tum oſtiolum luto obducito, globulumque in furno lateritio ad reuerberandum collocato, & per biduum vrito.

Vires. *Flores fixi clementius purgant & ſudores copioſos mouent.*

*Doſ. gr. 8. ℈ß. Eſt S. Cloſſ.*

9. *Cinnabaris Antim.*

Fit, ſi poſt butyri Antimonialis deſtillationem △ fortis & ſuppreſſionis quoque,) i.e. ſuper ∴ m (horis aliquot detur. Quippe cinnabaris Antimonij hac ratione collo ♌æ adhæreſcit, quam collectam ſublimatione vna ac altera purificare poteris.

N.1. *Si deſideras potius cinnabarim, quam butyrum Antimonij, daſtatim △ fortem.*

N. 2. *Ex hac paratur* ♅ *diaphoreticus, qui in Epilepſia præſtantiſſimus, Vide lib. 2.*

*III. DESTILLATIO.*

*Vnde*

ACETA, OLEA, SPIRITVS, &c.

1. *Acetum Antimonij.*

℞. Mineram Antimonij tere ac elice ⊣⊢ per ♌ m, pro lectum funde ſuper mineram nouam, digere ♉ (2.3.) hinc deſtilla iterum per ♌m, idque repete, donec quantitatem cupitam acquiſiueris.

N. *Parum* ⊣⊢ *fundit, adeóque labor ſat tædioſus eſt.*

*Aliter.*

℞. Miner. ♁ læuigat. affunde ▽ pluuial. deſtillat. ad eminent. digit. aliquot, digere vaſe H. cl. in fimo equino, donec incipiant fermentari ac ſpumam eiicere: Dein abſtrahe ▽m, augendo ▽ m in fine, ſublimatum redde capiti ſuo mortuo & reaffuſa ▽, quæ abſtracta erit, fiat cohobatio toties reiteranda, donec prodeat liquor acidus, inſtar +.

Vires. *Inſeruit Tincturæ Antimonij extrahendæ, refrigerat efficaciter ſanguinem, in febri præcipuè maligna & Vngarica, ſi cum Lap. Prunellæ & ▽ deſtillata conueniente miſceatur: curat inflammationem expulnere nitrario ortam*

*tam cum ſaccharo ♄i.*

N. 1. *+ hoc ♁ij melius euadet, ſi puluerisatæ nouæ mineræ ♁ij id affuderis ad emin. dig. 3. circulaueriſque (♉ 12) ſic tingetur rubro colore magiſque aceſcet: tum effunde & abſtrahe per MB. ſic + ♁ij exibit clarum & rubedinem poſt ſe relinquet in fundo.*

N. 2. *Acuari poteſt hoc + ſuomet Sale.*

*Nimirum.*

℞. +. antimonij ℥iv. ⊖ antimonij ℥j. ſolue ac deſtilla per ⊢E.

Dici poterit ☓ antimonij alkaliſatum, ſiue radicatum.

N. *Felicius forſan proceſſeris, ſi Sal ♁ in + ſolueris atque ex argilla & ſolutione hac maſſam & exinde globulos formaueris, eoſque per retortam, vt ♌ ⊖is ſolet, deſtillaueris.*

*Aliter.*

Acetum ♁ ii in maiori copia obtinebis, ſi ſuper cratem ferream mineram ♁ ii fruſtulatim imponas, ſuperſtructo Aludele cum pluribus ollis peruiis & ⚹, ſubminiſtrando carbones in aliâ areâ focariâ accenſos, ne acetum à carbonum vaporibus inquinetur.

*Ex S. Cloſſ.*

N. *Cum hoc aceto ♁ali parari poſſunt flores fixi ſiue ♁ diaphoreticum de quo Poppus in Hodoget. pag. 145. & ſequent.*

2. 🝆 *Antimonij per ſe.*

℞. ♁ quantitatem ſatis magnam, pone in putrefactionem, dein educ 🜄m, quam viciſſim affundendo, putrefactionem ac poſtea deſtillationem reitera, idque toties donec exurgat tandem 🝆, ſeu liquor oleagineus.

N. *Nanciſeris potius + quam liquorem oleagineum.*

Vires. *Diſſoluens eſt egregium. Poteſt in Pharmacopœa.*

3. *Alteri.*

℞. Miner. antimonij, q. v. miſce cum arena, & pelle per ∽m.

4. 🝆 ♁ *Saccharatum.*

℞. ♁ ℔. ß. Sacchar. cand. ℥ij. M. opt. & deſtillentur per ∽m in arena F. 🝆.

*Beguinus.*

℞. Atimonij, ſacchari candi ana ℥iv O vſt. ℥j.

*Vtile eſt ad externos & internos morbos.*

N. *Ex hoc 🝆 fiunt Pilulæ febriles ad quartanam, quas vide l. 2.*

5. 🝆 ♁ *Saccharatum Sennerti.*

℞. Antimonij ℔. ij. 🜍 ℥iij. M. pone in △ circularem vt liqueſcant, atque ita △ per hor. 4. vel 5. continua: dein auge △, vt 🜍 accendatur & exhalet; hinc pulueriſa ♁, affundéque ☓ digerantúrque ♂ ♀ 8. dein deſtillentur, donec guttæ rubræ aſcendere incipiant, tunc muta recipiens.

℞. ♁ relictum in fundo ℔. 1. ſacchar. cand. ℥vi. 🜋 opt. ℥ix. Deſtilla per ∽m, (in receptaculum in quo ſit 🝆, quod primo extillarit.) △ forti, donec nihil 🝆i vel vaporis amplius appareat. 🜋 in B. abſtrahe ad remanentiam 4æ partis.

*Vide Sennert.*

N. 1. *Melius fit hoc 🝆 ſi digeratur aliquandiu cum 🜋 nouo, fecibuſque per colaturam ſeparatis à colatura per deſtill. abſtrahatur.*

N. 2. *In eliciendo 🝆o ſaccharato lente procedere memineris, ne nimia ebullitione ſine optato fruſtreris.*

N. 3. *Si cum 🜄 vitæ aliqua, vel 🜄 roſarum, in qua moſchus vel ambra ſoluta ſit, addita 🜄 cinam. digeratur, atque aliquot cohobiis cohobetur, mouet aluum*

*ſine vomitu ac moleſtia, vtileque Medicamentum exhibet in Hydrope.*

*Doſis g.3.ad 6.*

6. *Oleum Antimonij Saccharatum Quercetani.*

*Antidotus Panaretos.*

℞. Miner. ♁ ad albed. calcinatæ ℔.ß. ſacchar. cand. in formam ſyrupi cum circulato minore (🜅 opt.) transmutati ℔. 1. Miſc. Digerantur ♂ ♀ (4. vel 5.) in VB, dein per gradus △ deſtillentur.

Elicitur primò circulatum minus, ſecundò liquor albus tertiò flauus, quartò rubicundiſſimus, inſtar ſanguinis, dulciſque Balſamus; collige ſingula ſeorſim vel ſepara ab inuicem.

Vires. *Liquor albus opitulatur cancroſis vlceribus & externis morbis.*

*Liquor flauus idoneus eſt vacuationi per aluum & vomitum.*

*Liquor rubicundus ternis aut quaternis cohobitationibus rectificatus & ablutus △ cordiali, admirandas præſtat curationes in Lepra, Morphea, Apoplexia, Epilepſia, Peſte, in ▽ appropriatis exhibitus.*

*Doſis à g. 3. ad 6. Quercetan. in Tetr.*

N. *Eodem modo & ex Croc. Metall. & Sacchar. ana cum 🜅 digeſtis, ∘∘∘ praparari poteſt.*

*Doſis g.4.5.6.7.*

7. *Oleum ♁ij Sacharatum Fauſij.*

℞. Croc metallor. puluerif.
Sacchar. cand. an. ℥iv. vel Sacchar. ℥vi.
Spir. 🜅 i rectific. ℥ij.
Vini ℥ß.

Digere ♂ ♀ (8) poſtea deſtilla in ⚗ per gradus. Aufer phlegma in MB lento.

N. *Eodem modo extrahitur oleum ex 🜍 ♁ij ☉rato, prodit liquor craſſus. qui extrahendus aliquoties affuſo rec. 🜅 quo rurſus ad mellaginem ſeparato, ea demum per ⚗ pellanda in oleum.*

*Doſis à g.8.ad ℈ ß. in morbis fluidis. Cl. D.D. Ioh. C. Fauſ.*

8. *Oleum Antimonij Saccharatum Baſilij.*

℞. Vitr. ♁ læuigat. affunde agreſtam, digere aliquot ♂, dein (abſtracta agreſta ad ſiccitatem, (admiſce ſacchar. cand. æquali pond. cum modico +ti, deſtilla per ⚗ m gradatim, tandem △ fortiſſ. prodibit ∘∘∘ rubicundum, cum ß· exaltandum.

Vires. *Prodeſt aduerſus Epilepſiam.*

*Doſis gut. aliquot. Baſilius incurr. triumph.*

9. *Oleum ſeu Liquor ♁ mellitus.*

℞ ♁ crud. pulu. ℔ 1. Mell. opt. ℔. iij Bulliant ſimul, moueanturque ſpatula, vſque dum ſubſtantia aquoſa mellis euaporauerit, & remanſerit materia quædam nigra, inſtar picis, quæ digitis friari queat. Hanc deſtilla per ⚗ m △ nudo gradatim, in excip. amplum, hor. 24. & prodibit liquor imprægnatus facultatibus antimonij, cum aliquor floribus à liquore ſeparandis.

Vires. *Liquor iſte eſt corroſiuus & penetrans, ſummopere mundificantium, præſertim in vlceribus, aſſumit enim excreſcentias, &c. Aduerſus gangrænas præſtātiſſimum quoque exiſtit remedium. Vti eo poſſumus aut ſolo, aut commixto melli roſato, vnguentis, pulueribus ▽, &c. Sala de ♁.*

N. *Liquor hic + Philoſophici vices ſupplere poterit, in præparatione Tincturæ Antimonij ζωϊκοῦ dicta.*

10. *Aliud*

10. *Aliud Magiſt. ♁ij.*

℞. ♁ opt. ℔.ß. ○ vſt. ℥ iv. Bol. arm. ℔.ß. ⊖ ℔.ß. omnia ſeorſim trita miſceantur, deſtillentúrque △ nudo. Sic prodibit primò phlegma, ſecundò ♌ albicans, tertiò ♌ rubeſcens. Si quid collo adhæreat glaciei inſtar, admoue cautè ferrum candens (vt ſoluatur. Rectifica per 🝫m: In rectificato *hoc* 🜕 ſolue ☉ foliatum: Solutioni poſtmodum affundes 🜄, circulabiſque ſept. 6. circiter, & ſubſidebunt feces, à quibus decanta 🜄, cui ſi affunderis ▽ deſtillatam præcipitabatur ☿ albus, edulcorandus, & reſeruandus. Dicitur Magiſterium Antimonij.

Vires. *Purgat ſuauiter per vomitum.*

*Doſis* g. 3. *Keſl.* 1. *c.* 68.

N. 1. *Puluis ille correctus cum* ♌ *u* ⊖, *euadit ſudorificus: vide infra Tincturam ex Regulo* ♂, *N.* 13.

N. 2. *Magiſterium hoc* ♁ *ij Kesleri nil eſt aliud quam* ☿*us vitæ ex butyro. Ita Hartmannus in Croll. parat ex floribus albis &* 🜕 ⊖, *& Glaub. in ſecunda parte p.* 93 *aliud concinnat ex* ⊖ *&* 🜍 *lo. Hi omnes modi in vnum recidunt certo exprompto.*

11. *Oleum Antimonij glaciale, ex* ♁ *&* ☿ *io.*

*Vide in deſtillat.* ☿ *ij.*

12. *Aliud Oleum Antimonij glaciale, ſeu Butyrum* ♁ *ij, & exinde Antidotus πολύχρηστος* ♁ *ij.*

℞. Reguli ♂ ſtellat. ℔. 1. ☿ t ℔. iß. M. exactè deſtilla per 🝫m, (*vide in deſtillatione* ☿ *ij,*) 🜕 glaciale deſtillatum rectifica vna ac altera deſtillatione, feces ſemper reiiciendo. Hinc affunde ♌ m hydromelitis vinoſi, cohobaque, vt tandem crebris iſtis cohobationibus 🜕 illud dulceſſcat. Tandem abſtrahe 🜄 ad conſiſtentiam 🜕 i.

Vires. 🜕 *hoc exquiſitiſſimum, ac precioſiſſimum eſt Remedium, multis curandis ægritudinibus, iiſque grauiſſimis aptiſſimum. Quin & domitor eſt febrium tertianarum, quotidianarum ac imprimis quartanarum. Blande enim vomitum multis concitat, aliis alui ſolutionem citra vomitum, eamque vim habet, vt radices & ſeminaria mali prorſus eruncet & euellat.*

N. ♌ *hydromelitis vinoſi ſeparatus, ſi vitriolica aciditate(* ♌ 🜍 *i) impregnetur, ſummum eſt diaphoreticum, & longè ab aliis vulgaribus aliud.*

*Doſis cochl. ſ. vel* 1. *per ſe vel in liquore conueniente. Querc. in Tetr.*

13. *Aliud Oleum Antimonij Chryſtallinum ex floribus.*

℞. Flores Antimoniis alb. 🜄 is, (ex 🜍 ad flaued. calcinato & ⊖ an. ℔. iij. argillæ ℔. v. vel vi.) dephlegmatæ ã M. & deſtilla in MB, ſic tantum prodit phlegma, ♌ ſque cum floribus coëunt. Affunde nouam 🜄 atque denuo euoca, idque repete, donec flores nihil ſpirituum amplius retinere queant. Tunc deſtilla per 🝫 m primò excipiendo ſeorſim humiditatem aqueam, dein mutato Excipulo 🜕 albicans, ac ponderoſum, inſtar butyri antimonij relicto 🜔 inutili.

Vires. *Idem ferè eſt cum butyro Antimonij: Inſeruit ſolutioni* ☉ *is, & eſt baſis præcipitati purgantis, vt & vomitorij. Hartm. in Croll. p.* 224. *Sennert. Inſt. l.* 5. *p.* 3. *ſ.* 5. *c.* 17.

*Nimirum:*

Rectificatur oleum hoc per Retortam: hinc duplex inde paratur præcipitatum, alterum ἄνω καὶ κάτω, alterum

κάτω

χω'ω ſolum purgans: prius fit, oleum id inſtillando in ▽ ☿m plu. puluetemque ab acrimonia ſua lotionis beneficio liberando: poſterius fit oleum id cum an.ol. ♀ p.d.mixtũ (♂ 2) reponendo & hinc ſimiliter flores edulcorando.

*Doſis à g.1. ad 4.*

14. *Oleum Antimonij compoſitum ad Vulnera.*

℞. Antimonij, 🜍 tan.p.ij. ✳ vel ⊖ ⊡ p.1. ♆ p.IV. deſtilla △ forti cum tribus cohobiis, quod ſublimatum erit, ſemper ☺ reddendo.

Vires. *Mundificat optimè vulnera inueterata. Baſil.*

15. *Aliud Oleum.*

Fit eiuſdem qualitatis 🝆, ſi ♁ cum ⌒u ⊖ imbiberis, ac poſtea deſtillaueris. *Teutzelius.*

16. *Aliud, Balſamus Antimonij.*

℞. ♁ ℔ ij. ⊖ ♀ i ℔ ß. ☽ ℥ IV. Fluant in + forti, effundauturque in tabulam lapideam.

℞. Maſſam hanc & ♆. ℥iij. miſce & affunde ⌒ m terebinth. ad eminent. 4. digit. Digere vaſe clauſo ♂ ♀ aliquot, ſic ⌒ Terebinth. rubro colore tingetur. Poſtea adde ſilices contuſos ad ſpiſſitudinem aliquam, deſtillaque per 🝭m.

NB. Vbi guttæ flauæ apparere incipiunt, muta receptaculum, & auge △ atque extillabit 🝆 rubrum *Sennert.*

Vires. *Magnarum eſt virium in diuturnis vlceribus.*

N. *Vide etiam Balſamum Antimonij ſeu Reguli. In Tincturis ex Regulo.*

17. *Balſamus Vulnerarius Baſil.*

℞. ♁. opt. ℔. 1. ⊖ comm. vel ♉. ℔. ß. Argill. ℔. VI. M. & deſtilla △ fort. per 🝭m, & prodibit tandem 🝆 quod dephlegma ad remanentiam ⚴ veris rubei, hunc ſolue per deliq.

Vires. *Summarum eſt virium, & arcanum ſummum in vulneribus inueteratis. Baſil. in C. Triumph. vide etiam Balſamum Reguli in Tincturis.*

N. 1. *Keſterus.*

℞. Antimonij ♉, (vel ⊖, (ana. O vſt. ℔. ß. deſtillatque ſine argilla.

*Alij.*

℞. Solum ♁ & ♉, (ſine O & argilla) vel ⊖. *Vide Baſil. in repetit. lapid.*

*Alij.*

℞. Antimonij, part. 1. ⊖ p. 1. Bol. armen. p. ij.

N. 2. *Proceſſus eſt plurimum (3) dierum, inſtituendáque, eſt deſtillatio per gradus.*

N. 3. 🝆 *hoc præcipitari poteſt cum* △. *Præcipitatum elotum exhibetur à g. 3 ad 6.*

18. *Ω ex Regulo.*

1 Figatur Regulus, ] quod fieri poteſt multoties iteratis ſublimationibus, ſiue in ouo Philoſophico id fiat, ſiue in cucurbita, quotidiè ſcil. id quod ſublimatum eſt ad fundum detrudendo.)

2. Regulus fixus ponatur, aliquandiu (⊠ 6.) in cellam vt ſoluatur, 🝆 illud filtra & coagula ad ſpiſſitudinem. Hinc repone iterum ad liqueſcendum filtra & coagula ac ſolue iterum ac cum triplo Tripolæ mixtum deſtilla per 🝭m. Sic primo prodit Ω albus, dein rubeus: rectifica.

Vires. *In febribus omnibus intermittentibus, vt & in quartana virium eſt ſummarum, mundificat ſanguinem per diaphoreſim, atterit calculum Renum & Veſicæ, materiam Podagricam diſcutit,*

*rit, dolores vel extrinſecus applicatum lenit.*

*Doſis à g. 3. ad 5.*

19. *Aqua Antepileptica ex Croco Metall. Quercet.*

℞. Croc. Metall. miſce cum cruſta panis pulueriſata, ac elice ▽m per cornutam ad △m ſatis magnum.

Vires *Hanc pluris facit Quercetanus in Epilepſia, quam reliquas ſuas Antepilepticas omnes è vegetabilium familia deſumptas.*

Ego huic labori ♂ ac ♀. 3. integras fruſtra impendi, primò exiuit phlegma, ſecundò ♎ nebuloſi prodierunt, tertiò ſtriæ ſeu o°o rubicundum, omnia autem in parua quantitate.

20. △ *Stimmi ſulphurea. Clyſſus alias.*

℞. ♁ elect. ⦶ pur. 🜍 pur. à (℔. 1) propellantur per ☊m; in ventris capacitate ſuperiori tabulatam, in receptaculum amplum ac capaciſſ. roſtro firmiter annexum, in quo infuſa ſit aliquota ▽æ pars: Iniice materiam ſenſim per vices, tubulumque propediem obtura, videbis materiam iniectam paulo poſt incendi, receptaculumque nebuloſis vaporibus repleri, quibus ſenſim ▽æ illi commixtis receptaculum pellucidum redditur, quo apparente, iniice iterum, &c. ▽m ſpiritibus deſtillatis impregnatam filtra, vel ſi placeat, & aduſtionem ſapiat à phlegmate in MB libera.

Vires. *Craſſam □r eamque mucilaginem vbicunque locorum deliteſcat in corpore attenuat, ac per emunctoria conuenientia expurgat, per aluum ſcilicet, per ⊡m, per ſudorem, per ſalinationem: Vnde vtiliſſimum Medicamentum audit in obſtr. Epatis, Lienis, Meſenterij, Vteri, in affectu Hypochondriaco, Colico, ſimil. præſertim ſi cum Cryſtallis ♂ acuatur. Miſcetur cum ▽ font. vel alio liquore conuenienti, ad gratam aciditatem, bibiturque pro libitu.*

21. *Aqua Stimmi ☿rea.*

Fit eodem modo ex ♁. ⊥ & ⦶ an. quibus ſi aliquid 🜍is admiſcetur, melius deſtillatio procedit.

Vires. *Prodeſt itidem in obſtructionibus, maximè autem expellit per ſudorem materiam in habitu corporis deliteſcentem.*

N. 1. *In vtriuſque ▽æ deſtillatione colligi poſſunt flores qui à 🜍re per ſublimationem liberati in vſum venire quoque poſſunt.*

N. 2. *Ex ☊o fit ♁ diaphoreticum, ſi ſemel ad iterum cum ⦶ ana calcinetur & dulcoretur, vel ex eodem 🜍r auratum extrahi poteſt, ſi cum lixiuio forti coquatur. Vide 🜍r Antimonij.*

22. *Spiritus ♁ij compoſitus S. Cloſſ.*

℞. 🜍is ♁ alis (Cloſſæan. vid. infra) part. 1. colchotaris ⊕si p. ij. M. & ter aut quater aceto perfunde deſtillando cum cohobio. Tandem vltima vice repone pulueris in amphoram terream tabulatam (vitrea enim diſrumperentur) cum Recip. amplo, vrge △ in reverberio clauſo ſpatio tridui integri, vt fieri ſolet in deſtillando ŏo ⊕li & ſpiritum ab o°o ſepara atque rectifica.

Vires. *Inſeruit vtrumque figendo ☿o & ♁ri.*

## *IV. LIQVATIO.*

*Liquor ſeu Balſamus ex ſcoriis Reguli.*

℞. Scorias Reguli, (ſiue ſimplicis,

ſiue compoſiti, ) expone aëri humido; ſic ſoluentur propter Salia ♀ & 🜕i admiſta.

Vires. *In Chirurgia vſus eſt inſignis, præſertim in fiſtulis & vlceribus fœtidis.*

*2. Liquor ex Sale vitri Antimonij.*

Fit ſi id in albumine oui ad duritiem cocti, vel Raphano, vel Bryonia excauata in cella reſoluatur.

Vires. *Liquor hic aſſumptus intrinſecus Podagricas defluxiones, & Paroxyſmos efficaciter compeſcit. In Chirurgia, vulnera, fiſtulas abſque mordacitate tamen à putredine conſeruat & ſanat.*

*Doſis* ℈ß. *ad* ℈j.

## *V. EXTRACTIO.*

*Vnde.*

## SVLPHVRA & TINCTVRÆ.

Svlphvra ſunt Extracta craſſiora.

Tinctvræ ſunt Extracta magis elaborata.

### *DE SVLPHVRIBVS.*

Sulphura hæc extrahuntur vt plurimum cum lixiuio forti, vel & cum 🜹.

*Lixiuium forte ad Extract,*

1. ℞. ⊖ 🜖i, Calx viua, & ⊖ vſt. ana, F. lixiu. filtratione clarificandum.

2. ℞. ⊢E. clauell. calx viua & ⊢E. comm. F. lixiu.

3. ℞. Calx viua ℔. ▽. ℔. xv. F. lixiu.

1. 🜍 *ex Minera Antimonij, vel ♁ crudo.*

℞. Mineræ ♁ ℔. iij. v. &c. vel in defectu mineræ.

℞. ♁ crud. tere minutiſſ. & ſuperfunde lixiuium forte, (ex 🜿 & ▽) digere δ ℘ 6. vel 7. vt fiat Extractio: Extractionem filtra, & leniter bulliendo reduc in ♁ verem rubeum. *Hartm. in pract. Kesl. 2. c. 18.*

N. *Si experiri volueris, an aliquid* 🜍*is ſuperſit in materia, transfunde nondum nihil extractionis in vas aliud, inſtillàque* + *ſic præcipitabitur* 🜍 *ad fundum.*

Vires. *Inſeruit extrahendæ tincturæ, purgat itidem ſupra & infra.*

Doſis g. 2. 3. 4. 5.

2. *Aliter.*

℞. ♁ puluer. q. ſ. coque in lixiuio forti, præcipitaque ▽ pluuiali (imprægnata 🜹.) hinc edulcora.

Vires. *Tutius agit per vomitum quam crocus Metallorum.*

*Doſis g. 3. 4. 5. Beguin. & Quercetan.*

*Nix Diaphoretica* ♁*ij S. Cloſſ.*

♃ 🜍 ris ♁ ii huius deſcript. vel 🜍 aurati diaphoret. ℥j. ol. 🜖 li ℥ij. M in 🝪, fiet maſſa nigra vt pix, fermentetur per noctem, poſtea per reuerberatorium exibit aqua acidula & in fundo manebit puluis albiſſimus excellens Diaphoreticum, valet etiam ad vermes, cum pomatâ vero ſequenti fit inde Coſmeticum præſtans hoc modo.

℞. axung. porci ℔. j. ſæui veruec. circa renes collect. ℔. ij.
Ireos flor. ℥ iv.
Garyoph.
Coriandr.
Benzoin.
Styrac. calam.
Calam. aromat. an. ʒij.
Florum lauend. quart. vi.
Bull. cum raſur. pomorum curti pendul. cum pellic. ℔. j.

Aq.

Aq.ros ℔.iij.in MB per horas xii.in vaſe vitro.

Colentur in vas vitreatum vbi refrixerint; aqua & feces diligenter amoueantur; tum calore miti iterum liqueſcat, effundatur in mortarium calens, vbi tamdiu agitetur, donec in Pomatam albam, leuem & boni odoris (addito moſcho) abierit, cuius ſingulis vncis immiſcebis ♁ ii Coſmetici ℥j.

3. 🜍*rex* ♁ *calcinato.*

℞. Antimonij, ♀i, ã, mixta liqueſcant ad △, poſtea effunde in ollam plenam ▽ calida, ſtentque per 🝔m, dein decanta ac præcipita 🜍r inſtillatione +i, vel ſola coctione adhibita.

N.1. *Alij fundunt ſolum ♁, idque fuſum effundunt dicto modo in ⚹ acerrimum, vel ♌m ⊖ acuatum: Hinc decantant, præcipitatumque 🜍erem colligunt.*

N.2. *Niſi me felicior fueris, nihil efficies, cum nihil ſit quod 🜍 ♁ij foràs attrahat.)*

*Alij.*

℞. ♂p.1. fundunt, fuſoque iniiciunt antimonij. atque dicto modo effundunt in ⚹.

*Aliter.*

℞ Antimonij p. ij ſcor. ♂ (*Hammerſchlag*) p.1. & 🜍 ã M. & iniice ſenſim ſuper ⊖ & 🜕 ad △ fluentia, hinc fluant ſimul optimè, dein extrahe 🜍r coquendo in lixiuio forti, præcipitaque inſtillatione ⚹.

Vires. *Purgat per aluum.*

*Doſis g.*4,5,6,7,8.

5. 🜍*rex Croco Metallorum.*

Fit eodem modo: Hepar ſcil. antimonij coquatur in lixiuio forti, vel ſola ▽, (vt in edulcoratione Croci Metallor.)

6. *Aliter.*

℞. ♁ & ♀ pulueratorum an. ℔iij. cæmententur per 4. aut 5. horas, vaſe probè incandeſcente, quod tandem proiicies in menſur. 1. aceti & per horam vnam aut alteram ebullire ſines, cola +, & coagula in puluerem.

Ex S. Clos.

*7. Sulphur ex ſcoriis Reguli: ſulphur auratum Antimonij:*

℞. Scorias à Regulo ſeparatas, eaſque coque in lixiuium, traiiceque per chartam, colatutæ inſperge 🜊, & præcipitabitur 🜍 auratũ antimonij, quod decantato lixiuio edulcorandum.

Vires. *Monet vomitum, ac interdum ſeceſſum.*

*Doſis g.vj.*

8. *Sulphur ex Regulo Antimonij ♃ alt.*

Fiat Hepar ex Regulo ♃iali & ⊕ Hoc Hepar ſine ablutione coque in lixiuio forti, vt abſtrahatur 🜍r, decanta & præcipita inſtillatione ⚹.

*Quercet. in Tetrad.*

*9. Aliud.*

2. ℞. ♁ crud per 🜂 præcipitatum & edulcoratum, quoque bulliendo in lixiuio 🜕i, decantaque, lixiuium tinctum euaporet, ſic remanebit in fundo 🜍r antimonij cum ⊖ 🜕i, ſublima; Illud addito ſabulo, & ſublimabitur 🜍 antimonij purum. *Sala de* ♁.

10. *Sulphur ex Cinnabari antimonij, Sulphur Antimonij verum.*

Cinnabaris antimonij pulueriſat, coquatur ebulliendo in lixiuio fortiſſimo, (ex cineribus clauell. & ♆ à, vel ex ⊖ e ♄i & ⊖ ♆æ,) per ☽ .3. vel 4. Decantetur dein lixiuiũ à ☿viuo, qui currit in fundo, filtreturq; hinc reponatur, vt 🜍 ſubſideat coloris rubei, quod à lixiuio ſeparatum edulcoretur ſæpius ▽ à commun, calida; dein leni calore exiccetur,

habes 🜍 antimonij genuinum.

*Hinc paratur*

*Panacæa 🜍 is Antimonij veri.*

1. ℞. 🜍 tis iam deſcript.
Regul. antimonij an. ℥j.
ꝏ 🜍 1. per C. vel ꝏ 🜊 i recti-
ficatiſſ. ℥iij.

Digere per aliquot ♉ (8) in loco calido, deinde deſtilla ex ∴ per 🝭. vitream, ter ad minimum cohobando; vrge poſtremo 🜂 e quarti gradus ☋ .12. & erit totaliter fixum, quod exime & cum 🜄 roſar. laua & exicca.

N. *Præſtat materiam 🝭 fracta exemptam ſub regula ☋ 5.6. reuerberare.*

2. ℞. Huius puluer. ℥j.
Mag. vel 🜔 Corrall. ℥ij. M. exactè.

Vires. *Eſt inſtar. panacæa: habet nimirum in ſe vim diaphoreticam ac ſanguinem mundificandi, ideoque quibuſlibet morbis per ſudorem ſanabilibus inſeruire poteſt. præcipue Lui venereæ, fœditatique cutis, Repetenda eſt Doſis ſæpius in quibuſlibet morbis, præſertim vero in Epidemiis, & malignitatem aliquam ſecum vehentibus.*

*Doſis à gr. 10. ad 15. & 20.*

*Hartman. in Croll. in pract. Agricola de ♁.*

## *DE TINCTVRIS.*

De Tincturis ♁ ij notare in genere expedit, quod monente Baſilio, 🜹 in priori extractione adhibitum, ♌ purgantes figat, (itavt per ⊡ m ſudores & ptyaliſmum duntaxat operentur, etiamſi poſtmodum per 🜈 extrahantur,) & econtra 🜈 vim in eadem deiectoriam augeat *Baſil.*

Tinctura antimonij nihil aliud eſt quam portio aliqua antimonij, idoneo menſtruo ſoluta & exaltata, eaque potiſſimum ſub colore rubeo.

Abſoluitur Tincturæ præparatio plerunque duabus Operationibus: Extractione ſcil. & Exaltatione. *Hæc* ferè non niſi 🜈 perficitur, illa potiſſimum 🜹, quod plerunque acuitur aliquo ♌ u acido.

*1. Tinctura ex ♁ crudo.*

℞. 1. ♁ pulu. extrahe Tincturam rubicundam ſ.a. cum ♌ u 🜊 i Philoſoph. digerendo in ⊢E bus, hinc decanta, decantatas Tincturas confunde, abſtraheque ♌ m 🜊 i in MB l. △. donec guttæ flaueſcant.

2. Tincturæ in fundo remanenti affunde 🜈 m rectificatum, extraheque 🜈 l. △ MB. donec itidem guttæ flaueſcant. Tunc mutato recipiente, igne fortiori propelle Tincturam.

Vires. *Balſamum mirum eſt, quo vti poſſumus ad vulnera curanda, tàm interna, quàm externa: mouet ſudorem, nonnunquam etiam ſeceſſum & vomitum: emendat Symptomata veneni-Lepræ. Faber Monſp.*

Alij pro menſtruo vtuntur 🜊, ex 🜊 🜔 & O plumoſ.

*2. Alia, Balſamus vitæ Baſilij.*

℞. ♁ crud. q.v. extrahe Tincturam rubic. cum 🜹 radicato, digerendo per ⊠ m, filtraturam digere iterū per ⊠ m, & nigreſcet. Abſtrahe 🜹 ad ſiccitatem, edulcora & circula cum 🜈 opt. ad eminent. 3. vel 4. digit. per ⊠ m vnum ac alterum, vaſe clauſo: decanta dein & deſtilla ex ⊢E e, & prodibit 🜈 impægnatus Tinctura antimonij: circula ♉ ♀ 10. circiter & ſubſidebit Tinctura, quam per Tritorium à 🜈 ſepara.

N. *Candefac primum ♁: hinc iniice in 🜹.*

Vires.

Vires. *Summarum eſt virium, mundificat ſanguinem, curat Morphæam, ſcabiem, exhilarat ſpiritus.*

3. *Aliter.*

℞. ♁ crudi q.v. extrahe Tincturam rubic. cum 🜊 antimonij digerendo aliquando, decanta, abſtraheque 🜊 & pelle Tincturam per 🜈 ex ∴.

Vires. *Summè prodeſt in Morphea L.V. &c. Baſil.*

4. *Alia, Manna Antimonij dicta.*

℞. Antimonij pulueriſ. extrahe Tincturam cum ☊u antimonij eſſentificatio: filtra ac abſtrahe. Hinc digere cum 🜈 ac abſtrahe.

☊ Antimonij eſſentificatus præparetur ex Magneſia, acuaturque natiuo ſuo ſale.

*Integrum equidem adſcripſiſſem Proceſſum, verum cum id forſan Dn. D. Paulo Kesler, cui illum acceptum fero, ingratum foret deſcriptionem quam dedi, eamque vel Tyroni Chymiæ ſatis perſpicuam, æqui bonique conſule.*

Ex ♁ calcinato:

5. *Tinctura ex vitro Antimonij, Magiſterium Antimonij Salæ: ☍ vitri Antimonij Baſil.*

℞. Vitr. ♁ ℥ß. læuigato, affunde 🜊 acerrimum, vel acuatum ☊u 🜔i, (alias in caſſum laboraueris,) ad eminent 2. aut 3. digit. digere in ∴ calore, qui manu abſque aduſtione tolerari rari poſſit ♂ ♀ (30. circiter) quotidiè ſemel aut bis agitando, &c. Tinctum liquorem decanta & abſtrahe 🜊 ad coagulationem vſque ſubfuſcam & acrem, (ad ſiccitatem 🜿 eris, *Baſilius.*) Hæc expoſita △ ri diſſoluitur in liquorem, qui vitreo vaſe probe obturato ſeruetur, ne liqueſcat & euaporet. *Sala, Thold. in Halograph.*

Huic affunde 🜈 ac extrahe iterum, decanta à fecibus, tandemque 🜈 abſtrahe, Dicitur Alexiterium antimoniale. *Baſilio in Curr. Triumph.* qui 🜿 erem ante 🜈 affuſionem edulcorat 🜄æ deſtillatæ iteratis abſtractionibus.

N. *Hæc Tinctura quandoquidem difficulter retineri queat, quin liqueſcat, paratur exinde Bezoardicum quod.*

℞. ☊ huius antimonialis, ad mellis conſiſtentiam inſpiſſati ℥ij. C.C. uſt. præparat. ℥j. M. exactè & exicca lentè.

Vires. *Vtrumque conducit ad obſtructiones omnes inueteratas. Hepatis, Lienis, Pulmonum, &c. Item aduerſus menſium retentionem, Leucophlegmatiam virginum, Ictericiam vtramque, Hydropem, Phthiſin, Aſthma, Pleuriſin, Cachexiam, Melanch. Hypochondriacam; Itemque ad vlcera, tàm externa, quàm interna, Scabies quaſcunque & prurigines, Luem ven. Febres peſtilentiales, continuas, putridas, &c. Morbilles, variolas: noxia expurgat per ſudorem, ⊡m, ſalinationem: vſus eius continuari poteſt. Baſil. Tentzel.*

*Doſis Tinctura à g. 3. ad 9. in vino maluat. vel alio liquore. Bezoardici à g. 4. ad 12. &c.*

Acetum ad hoc opus idoneum, hoc refer ex deſtillatione 🜊. Eodem modo eadem Tinctura parari poteſt ſi loco 🜊 ſumatur 🜈 ex ⊕ ♆ à ℔. 1. ✳ ℥ıv. 🜊 ℔.iij. quæ digeſta ∞antur per ♉m, vt 🜈 ∞ij ſolet. Liquor rectificatur ab æquali pondere 🜔is. *Kel. 1. c. 30.*

N. *Puluis ille ante affuſionem 🜈, albumini ouorum coctorum impoſitus, in liquorem conuertitur, vulneribus recentibus & inueteratis malignisque ſanandis*

*nandis vtiliſſimus. Baſilius.*

*6. Alia Tinctura ♁ vitri, ex minera facti.*

Extrahe primò cum + proprio, decanta ac abſtrahe.

Extrahe ſecundò cum 🜈 opt. decanta (reiectis fecibus,) ac circula.

N. *Tincturam hanc per ⊠m vnum ac alterum circulatam ∽ veris, conſequeris ☍ ſeu Eſſentiam Antimonij omnium ferè morborum Panacæam, ex qua lapis ignis.*

*Doſis gutt. 8. Baſil.*

*7. Alia ex vitro ♁ij ☉ari.*

℞. Vitri antimonij Solaris, q. v. affunde 🜈 rectiſicatiſſ. ad eminent. digitorum 4. digere in vaſe clauſo, & extrahetur Tinctura rubicundiſſima, quam ſerua, & adhibe ſine abſtractione.

Vires. *Mouet ſudorem citra vomitum ac nauſeam, mundificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus & feculentiis 🜿reis. Salem microcoſmicum reſolutum (ex quo hydrops) coagulat, & plegmata noxia ex corpore exterminat. Podagricos iuuat, præſertim ſi cum arcano Filicis fuerit propinata. Dolores artuum ex Lue Vener. tollit, vt & ipſam Luem Ven. cum decoctis conuenientibus; curat vlcera. In Peſte & aliis morbis Epidemiis magnum exhibet ſolamen.*

*Doſis à ʒij ad ʒiij. vel plures.*

N. 1. *Poſt. Extractionem quæ 🝯 🝰 fieri ferè poteſt, remanentia demo fundi poteſt in corpus Solare album. Hartm. in Croll. Keſl. 2. c. 30.*

N. 2. *Quandoquidem vis deiectoria 🜊v. refrenatur, non abs re foret, primo hanc Tincturam cum 🜊 (vt in præcedenti præparatione) extraxiſſe.*

*8. Alia, ex vitro Antimonij ſolari.*

℞. Vitr. antimonij part. ij. ☉ per ♁ purgat. p. 1. fundantur ſimul. dein extrahatur Tinctura cum 🜊 radicato, quo iterum abſtracto, circuletur Tinctura cum 🜈 per 🝯 🝰 (8) abſtrahe viciſſim 🜈, ac ſi placet auctori △ Tincturam per 🝭m propelle depreſſiorem, eamque ſeorſim collige.

Vires. *Medicina Diaphoretica eſt longè excellentiſſima. Purgat etiam ſatis promptè ſi Baſil. credimus, addito Extr. Rhabarb. Hartm. Tentzel.*

*9. Tinctura ex Croco Metallorum Bickeri.*

℞. Croc. Metall. q. v. extrahe Tincturam ſ. a. cum 🜊 acerrimo, decanta tinctos liquores & abſtrahe 🜊 ad ſpiſſitudinem mellis.

Vires. *Purgat & mouet ſudorem vehementer*

*Doſis à g. 6. ad 12.*

N. *Ex remanente Antimonio, ex quo Tinctura ſcil. prolecta eſt; fit 🜔 Antimonij dulce. (Vide ſuo loco.) Hoc Tincturæ admixtum, efficaciorem eam reddit. Bicher. in Epiſt. Clariſſ. Horſt. vide huius obſeru. l. 1. ſ. 1.*

*10. Alia.*

℞. Hepar antimonij, (i. e. Crocum Metallorum à 🜕 ſuo nondum edulcoratum,) calcina per 🝮as aliquot, (12) & euadit puluis albus, dein expone in cella, vt in liquorem abeat. Ex hoc liquore extrahe Tincturam cum 🜈 opt. rectificat. decanta & abſtrahe 🜈m.

N. 🜕 *Partim ſponte in cella coagulatur, partim quoque in extraxio ſubſidebit, vbicunque ergo ſepara.*

Vires. *Vires & Doſis eadem cum præcedenti.*

N. *Tinctura hac eſt Viri Experientiſſimi ac benè de Rep. Chimica meriti, Dn. Auguſt. VVeis. Pharmacopæi apud VVormatienſes ſpectatiſſimi.*

*11. Alia S. Cloſſæi, quam vocat Oleum ♁ij febrifugum & Antipleuriticum.*

℞. Reguli ♁ per ſpeculum ardens incinerati q. v. Superfundatur ♌us ⊕li ad extantiam vnius digiti, digere per biduum, ſolutionem inclina, alium ♌um ⊕li affunde, euacua, omnes ſolutiones M. & ex ⧧ phlegma extrahe, reſtabit O. liquidum quod in ▽ diſſolues, alteráque vice extrahes.

*Doſis gr. 4.*

*12. Tinctura ex ♁ ♀ſato.*

℞. ♁crud. ♄ ā miſce & calcina in anemio, donec ♀ penitus combuſtus ſit, elue dein ☐m ▽ calida, ac extrahe ex ♁ remanente Tincturam ſ. cum ▽ abſtrahe ▽ & remanet Tinctura ♁ in fundo. *Baſil.*

N. ▽ *abſtractus cum Tinctura non poteſt iterum miſcere, ſed ſupernatat ſemper.*

*12. Rubinus Antimonij ☿alis.*

℞. ♁ elect. ☐i ā fundantur ſimul.

℞. Huius maſſæ ℥ij (potius Reguli) ☿ii opt. purgat. ℥ij. ☍ ⊕i ℥ij. M deligenter, digeranturque l. calore, donec ſiccescant: Dein extrahe ſ.a. Tincturam rubicundiſſimam cum ▽: decanta & abſtrahe ▽m ad conſiſtentiam mellis, ſic habebis materiam, quæ frigori expoſita indureſcit in lapidem inſtar rubini. *Clodius.*

*23. Tinctura ex Regulo ♂ aut ♀ Antidotos Pantagogos.*

℞. Calcem Reguli ♂; aut ♀, ſolue digerendo aliquot ♂ cum ♌u ♉, tandemque deſtilla △ fortiſs. & prodit ☍ craſſum, cui rectificato affunde ▽, opt. circula, deſtilla cum cohobiis tribus, ſemper feces reiiciendo. Tandem liquor ſeruetur accuratiſſimè.

Vires. *Repurgat ſanguinem, appetitum excitat, viſcera corroborat, eradicat cachexiam, melanchol. hypocondr. Icterum, hydropem, idque leniter purgando.*

*Doſis gutt. aliquot 2. 3. &c. Quercet. in Tetrad.*

Poteſt etiam in præcipitatum, & calcem albam, rubram, imò etiam flavam redigi.

*Cuius Doſis gr. 3. 4.*

*14. Alia, Balſamus Reguli, & exinde Tinctura.*

℞. Regul. puluer. q. v. digere in MB. cum ♌u Terebinh. & rubeſcet, decanta abſtraheque affundendo ▽. (*vide Baſil.* 🜔 (dein ſolue in ▽, digere & abſtrahe.

Vires. *Optimum eſt remedium in affectibus pulmonum, phthiſi, aſthmate, tuſſi; ſi frequenter adhibeatur.*

*Doſis g. 3. 4.*

*15. Tinctura ex ♁ calcinatio cum lap. prunellæ.*

℞. Lap. prunell. ad poroſitatem vſque per 🜔 depurati, Antimonij ān. M. & committe igni reuerberatorio ☍ (5) vt + bulum ſemper ſit ignitum. Ex antimonio hoc edulcorato extrahe Tincturam ſ.a. per 🜍, hinc decanta, & abſtrahe 🜍 Tincturam remanentem exalta, vt moris per ▽. *Keſler.*

Vires. *Purgat ſeceſſum, (potius per ſudorem.)*

*Doſis g. 2. 3. 4.*

N. ▽ *in extractione cum* 🜍 *reſidua, ſi dulcoretur, ſiſtit omnes alui fluxus.*

*Doſis g. 8. 10.*

*16. Tinctura ex ♁ rubeo ſixo.*

℞. Antimonij rubei fixi, (*vide in calcin.*) q. v. extrahe Tincturam rub. digerendo cum 🜍, decanta & abſtrahe ad ſiccitatem. Poſtea extrahe cum ▽ ſimiliter

ſimiliter procedendo vti eum +.

N. *Baſilius reuerberat materiam antequam ſecundum extractionem cum ∇ ſcil. aggrediatur.*

Vires. *Summarum eſt virium in reſoluendo eruore, irrumpendis apoſtematibus, in curanda Lue Ven. &c.*

*Doſis g. 3. 4. Baſil. in curr. Triumph. Bacode ♁, qui vel pro Panacæa ferè venditat.*

17. *Tinctura ex Floribus Antimonij Lilium Paracelſi.*

℞. Antimonij ✳ an. propellantur per ♈m, vt nil niſi feces remaneant. Ex floribus his optimè edulcoratis, & in reuerberatorio aliquãdiu vaſe clauſo per colores ad rubedinem reuerberatis, extrahe Tincturam ſ. a. cum ∇ rectific. eumque rurſus tandem abſtrahe ad conſiſtentiam olei.

Vires. *Medicamentum eſt reſtauratiuum totius corporis, ſola humorum correctione agens, mundificat corpus hominis ſupra omnia arcana: vtile inſuper in obſtructionibus Epatis, Hydrope, Morphæa, Lepra, in morbis Lienis, vti Scorbuto, & ſimil. mouet menſes, & ſi Baſilio credimus, purgat leniter per aluum, cum extr. Rhabarb. ac tinctura Corallorum.*

*Doſis g. 3, 4, 5, 6, 7, 8. Paracelſ. l. 2. magna Chirurg. Baſil. in curru triumph. (vocat Elixir. Antimonij,) Hartm. in diſput. Chymico-Medic. 7. theſ. 129. Querc. Poter. Sala in Anat. ♁ (qui quoque flores rubeos obſcuros cum ⁖ ſublimatos æque efficaces cenſet, vt & flores reuerberatione ad eundem colorem redactos.*

18. *Aliter, Arcanum Antimonij*

℞. Flores illos edulcoratos (etiam nondum reuerberatos ( affunde ☊ ⊕ i rectific. circula, donec bene vniantur: dein propelle ſimul, ac affunde ∇, circulaque ſubſidentibus fecibus ſeparatis, Tincturam, ſi libet, adhuc ſemel rectifica.

Vires. *Confortat ventriculum, noxios humores conſumendo, appetitum excitat, tollit melanc. hypochondr. ſuffocationem vteri, colicam, & ſimil.*

*Doſis g. 1. ac altera. Baſil.*

19. *Aliter.*

*Elixir ☉aro ♁ij, aliàs Electrum ſeu Lili Parac.*

℞. Reguli ♁ij ( ex ☿io vitæ cum pari pondere ♄ & ana ○ per detonationem facti ) partem 1. auri purgati tantundem, fluant ſimul & puluerizétur, adde ✳ci quadruplum pondus, ſublima toties donec Aſtrum ♁ij aſcenderit, in fundo autem terra fatua & inutilis remanſerit, elue ſalſedinem ✳ci & reſtantes in fundo ☉ & ♁ij flores pone in Ouum Hermeticum in capellâ fixatoriâ, da Δ talem vt in fluorem non aducantur, ſed ex flauis citrini, tandem vero ex citrinis caſtanei coloris fiant. Hiſce fixatis floribus affunditur ⚹ Alkaliſ. & poſtmodum ∇ ad extrahendam Tincturam vti latius traditur Artic. de Tincturis ♁ij & in Antidoto ζωήειλ⊕ Querc.

Vires. *Summa Medicina perhibetur eſſe in Ictero nigro, podagrâ, hydrope.*

*Doſis inſtar grani coriandri bis in die ad curationem in Syrupis, ad præſeruationem ſemel in menſe.*

20. *Alia, Baſil.*

℞. Flor. antimonij rub. q. v. extrahe digerendo cum ∇ ac abſtrahe.

Vires. *Purgat leniter, tollit febres tertianas & quartanas.*

21. *Alia ex floribus:*

*Antidotus ζωήειλ⊕ Quercet.*

℞. Flores Antimonij, (nimirum qui

ex.

ex antimonio Vngarico per ſe ad albedin. calcinato, cum ✳ ſublimati ſint & edulcorati, (q.v.extrahe cum 🜊 philoſophico Tincturam rubic.ſ.a. tempore ſat longo. Decantatos liquores tinctos deſtilla ad ſiccitatem. Ex puluere edulcorato extrahe iterum Tincturam pellucidam cum ▽ vitæ Coralliorum ( ♌. Corall. inflammab. ) tandemque propelle fortiſſimo igne per ♋m ♂ rubrum cum ipſa ▽ vitæ, reſerua citra ſeparationem.

Vires. *Eſt verum vitæ Balſamum, nunquam ſatis laudandum. Exhibetur cum appropriatis, in Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, Peſtiferis morbis, Lepra, Morphæa, mundificat totum ſanguinem.*

*Doſis guttæ aliquot. Quercet. in Tetr.* ✕ *Philoſophicum pro hoc Opere, vide de* 🜊.

22\. *Tinctura ex floribus Antimonij* ⊖ *latis.*

*Antidotus Lyſipyretos.*

℞. Flor. ♁ ⊖ lator. rubicundiſſ. Extrahe cum ♌u ⊕i ♁is, deinde cum vero ħi æthereo ♌u.

Vires. *Vera eſt Antidotus contra febres omnis generis, vti & peſtiferas.*

*Doſis gutt. 4.5. in liquore conuenienti. Quercet. in Tetr.*

23\. *Tinctura ex floribus Reguli.*

*Antidotus* πάγχρυσ☉.

℞. Flores Reguli rub. q. v. reuerbera vaſe clauſo vitreo ☌ ♀ 3.4. continuos. Dein extrahe Tincturam ſ.a. cum 🜊 radicato. Decantatos liquores libera à ſuo menſtruo per deſtillationem. Poſtea noua fiat extractio cum 🜄. Tandem denuo 🜄 ac ſiccitatem vſque abſtrahatur.

Vires. *Totam ſanguinis maſſam emendat, Morphæam, Lepram, Scrophulas, Luem Ven. perſanat: inſtaurat & auget natiuum calorem, viſciditates ventriculi abſumit, ac corpus omnibus excrementis expedit. Colicis eſt aptiſſima Medicina, necnon præfocationibus matricis, ſi Reguli ♂ loco, Regulus ♃ ad parandos flores ſubſtituatur. Quercet. in Tetrad.*

24\. *Alia ex floribus Reguli ♂ præcipitatis:*

*Antidotus Iſochryſos.*

℞. Præcipitatos fl. Regul. ♂ ad flaued. reuerberatos, extrahe Tincturam cum 🜊 philoſophorum ſ. a. relictis quibuſdam fecibus albis in fundo. Menſtruo per ♒ ſeparato remanebit in fundo ♁ leuiſſimus rubei coloris, quem reuerbera ♉. 2. aut 3. Dein affunde ♌m Iunip. digeie. Sic fere totus ♁ conuertetur in Tincturam rubicundiſſimam.

Vires. *Admirandarum virtutum eſt, adeoque ipſi auro potabili æquiparanda. Apoſtemata interna omnia aperit atque curat, ſanguinem concretum diſſoluit, corruptumque purificat, ad Lepram, Scrophulas, L. Ven. Peſtem, infinitoſque alios morbos magnum remedium exhibet.*

*Doſis gutt. 6.7.8.9.10. Quercet. in Tetrag.*

25\. *Tinctura ex Ol. Antimonij Saccharato.*

℞. ⁂i illius q. v. affunde 🜊 ad eminent. 3. aut 4. digitor. digere ac tandem abſtrahe, ſic relinquitur Tinctura in fundo rubicundiſſima. *Gluckraht.*

N. *Kesler. 2. c. 4. extrahit cum* 🜄, *eumque viciſſim abſtrahit.*

Vires. *Purgat per inferiora.*

*Doſis g. 3.*

26\. *Tinctura ex* ⚶*ribus Antimonij.*

℞. 🜍r ex ♁ crud. (primi modi) q. v. extrahe ſ. a. cum 🜈 non vſque adeo forti. (Alcohol non extrahit) Decanta & deſtilla cohobationibus 7ies repetitis per XX. Tandem propelle per 🝭m vitream ex 🝗, addito quoque igne ſuppreſſionis, ac prodibit in forma rubicundiſſima 🝆 antimonij dulce: abſtrahe 🜈 per 🝫 ac remanet in fundo Tinctura.

Vires. *Confortatiuum eſt ſummum, mouet ſudorem, præſeruat à Podagra.*

*Doſ. g. 3. ad 4. Hartm. in Pract.*

N. *Operatio hæc quia expertis non ſucceſſit, aliud eligere menſtruum ſuadeo, vel acuere* 🜹, *addito* 🜿*u* 🜔, *aut* 🜖*i, & ſimil.*

27. *Aliter.*

℞. 🜍rex ♁. (ſecundi modi,) q. v. extrahe ſ. a. cum 🜿u🜔, quo iterum abſtracto, digere cum 🜈, eumque denuo viciſſim abſtrahe.

Vires. *Sudorem ciendo contracturam artuum, inprimis ex colica cauſatam, feliciter curat.*

28. *Tinctuta ex* 🜍*re Antimonij Aurato.*

Extrahe cum 🜈, decanta & abſtrahe ad conſiſtentiam mellis.

Vires. *Sudorem prouocat, purgatque inprimis per aluum abſque moleſtia, non primo, ſed tertio demum die.*

*Doſis g. 4.*

29. *Tinctura ex* 🜍: *Reguli* ♃*ialis Antidotos Sct rios Querc.*

Ex 🜍re dicto edulcorato extrahe Tincturam ſ. a. cum vittiolica hydromelitis vinoſi aciditate, alkaliſata ſcil. proprio 🜔e, (i. e. cum 🜹 ex melle + & dein acuato cum ſuo Sale,) abſtrahe menſtruū & circula ad aliquot ♂ cum flagrante Iuniperi 🜿u. Deinceps per 🝭m crebris cohobationibus deſtillabis, & 🜿m Iuniperi, ſi placet, ſeparabis, vt reſtet in fundo Deſtillatorij liquor ſuauiſſimus.

Vires. *Omnium affectuum Pulmonum aquè ſalutaris Medicina ac Balſamus vtilis in Phthiſi, Dyſpnœa, Aſthmate, Pleuriſi, Peripneumonia, &c. In ſumma, ſaluberrima eſt Medicina, quamplurimis; grauiſſimiſque Morbis profligandis, apta.*

*Doſis à gutt. 3. ad 6. vel plures. Querc. in Tetr.*

30. *Tinctura ex* ☿ *Antimonij cum* ⊙ *Antidotus* ἀντιπυρετ@.

℞. ⊙ per ♁ purgat. p. 1. ☿ antimonij p. v 1. F. āāā. Ex hoc āāāte abluto & purgato extrahe Tincturam pellucidiſſimam inſtar rubini ſ. a. variis cohobationibus cum circulato minore Paracelſi eam exercebis, circulatumque poſtea, ſi voles ſeparabis, vt Tinctura reſtet ſola.

Vires. *Prcioſiſſimum eſt donum Dei aduerſus Peſtem, Lepram, Morphæam, & id genus alios morbos grauiſſimos.*

*Doſis gut. 3. 4. 5. ex theriacali. Quercet. in Tetrad.*

31. *Tinctura ex* 🜖*o ſeu Cryſtallis Antimonij.*

℞. 🜖m ſeu Cryſtallos antimonij viridiuſculos, ſuperfunde ▽m frigidam copioſam, & præcipitabitur ‡ albus, qui reuerberatione euadit citrinus ac dein rubeus. Ex hoc extrahe ſ. a. Tincturam rubicundam cum 🜹. Hoc iterum abſtracto, reiteretur ſolutio cum 🜈, quem quoque viciſſim tandem abſtrahe. *Thold. in Halograph.*

32. *Tinctura magiſteriata. Lapis* △*is Baſilij.*

℞. Tincturæ antimonij, (ex vitro quod è minera factum,) ℔. ij. 🜔is antimonij

timonij ℥ij. Miſce ac fac coire circulando cum 🜅, (per ⌧m ad minimum,) dein abſtrahe in MB 🜅 ad ſiccitatem, & poſtea fortiſſimo △, elice per ♌m 🜹 rubicundum, 🜹 hoc rectifica iterum MB, vt quarta pars exhalet.

℞. Huius 🜹i rectificati.

☿ij antimonialis præcipitati, (ſc. per ♌m 🜔i ♂is,) an.

Digere in vaſe H. clauſo aliquandiu, ſic ſoluetur primum præcipitatum, dein vnientur omnia, & exhibebunt 🜍 ereum rubeum fixum & fuſilem.

Vires. *Tinctura hæc æquipollet viribus* ☉ *Baſil. in C. Triumph.*

N. *☿ij præparationem habes infra.*

## *VI. INFVSIO.*

*1. Infuſio* ♁ *crudi.*

℞. Antimonij crud. læuigati ʒß. 🜄 æ ♋ æ vel Vini ℥iij. iv. macerentur per noctem, colentúrque.

Vires. *Colatura illa purgat ſupra & infra. Poter. in Pharmac.*

2. *Infuſio Vitri Antimonij Spey-vvaſſer, Hartm.*

℞. Vitr. ♁. ℥j. vel ℥ij. vini generoſ. ℔.iij. vel iv. vitro benè firmitérque cooperculato, aliquandiu inſolantur, donec nempe liquor citrinum colorem induat, poſtea filtretur liquor, & viciſſim in vitro benè clauſo aſſeruetur.

Vires. *Datur ad vomitiones ciendas magno cum fructu, præſertim in iis morbis, qui non aliter quam vomitionibus curari poſſunt & volunt, quales ſunt omnes tuſſes, pleuritides, angina, anorexia, ructus, atque infiniti alij in prima regione ventris hoſpitantes. Vide & in Vitro* ♁.

*Doſis à ℈j. ad ℈v. Hartmann. in Croll.*

N. *Sunt qui fruſtum vitri* ♁. *pondere ʒij. ad ʒß. ſine pulueriſatione in Cereuiſiæ vel Vini hauſtu aliquot* ⊗ *as, prout ſcil. operationem magis vel minus efficacem expetunt, macerant, decantatumque liquorem propinant.*

N. 2. *Admirandum eſt in infuſione Vitri Antimonij, non exhauriri eius vim emeticam, ſed pene in infinitum vitrum id poſſe infundi, vt nihil plane virium vel admodum pauxillum decedat. Quinimo, quod idem, ſi qua imbecillius redditum ſit, noua fuſione priſtinas vires recuperet.*

3. *Alia Infuſio vitri* ♁, *quam pro Aqua Benedicta Rulandi habet Brendelius.*

℞. Vitr. ♁. (per ſe ſine addit. facti,) ℥j.

Vini generoſ. vel maluat. ℔. 1. vel ad ſummum ℔iß.

Macerentur in loco non admodum calido, donec cutim contrahat vinum. (Hæc cutis nihil aliud eſt, quam reſidua portio 🜍is ☍ calis, à qua oritur illa vehemens vomitio, relicta à calcinatione antimonij,) cute ea per filtrum ab infuſione ſeparata & abiecta, longè mitius quam antehac, operationes ſuas exercet aqua benedicta. *Bre del. in Chymia.*

4. *Infuſio Croci Metallorum, Aqua benedicta Querc.*

℞. Croc. Metall. Vngar. ʒj.

Aq. card. bened. ℔. ij. vel iij.

Cinam. ʒß.

Macera per biduum aut triduum, dein tranſcola & ſerua vſui.

*Doſis* ʒ. ß. *aut amplius.*

5. *Aqua benedicta Rulandi.*

Rulandus 🜄 ſuam benedictam ita

deſcribit: Crocus noſter Metallorum maceratur per ♀ m, vel vrgente neceſſitate ebulliat à lentis magnitudine ad piſi quantitatem in 🜄 vel Vino, vel Cereuiſia, vel 🜄 mulſa, vel denique in liquore morbo conueniente, de quo capitur poſt infuſionem ab ℥ß. ad ℥ij. colatum deinceps bibitur frigide vel calidè.

Verum quis ille Crocus Metallorum Rulandinus ſit, ambigitur, *de quo vide in Croc. Metall.*

Sit vt ſit, ſufficere tibi poteſt illa Quercetani, vel ſi mauis.

℞. Croc. Metall. (ſiue vulgaris ille ſit, ſiue Hartmanni,) gran. iij. ad ℈ß.

Vini generoſ. vel Vini malu. vel Hydromel. vel Cereuiſ. vel conuenientis liquoris ab ℥ß. ad ℥ij.

Macerentur & neceſſitate vrgente bulliant, colenturque per chartam.

Vires. *🜄æ benedictæ, vtriuſque vſus proficuus eſt in dolore capitis, ab impuritate ventriculi, (ſapè enim is accidere ſolet,) in Epilepſia, Pleuritide, Melanch. Hypochondriac. Febribus, Peſte, Arthritide, coagulatione Sanguinis, &c. In quibus omnibus cum liquore appropriato exhibeatur.*

Vſus præterea eius inſignis eſt in Clyſteribus.

*Nimirum:*

ʒß. ad ℥j. ecullit in 🜄 conuenienti vel Vino, colatura admiſcetur Iuri vel Decocto ſimplicium mollientium. Optimum Medicamentum eſt in Colica.

*Huc*

6. 🜄 *Ophthalmica ex Croco Metall. Vide l. 2.*

7. *Syrupus Vomitiuus. V. l. 2. c. 64.*

8. *Vinum Hippocraticum purgatiuum. V. l. 2. c. 84.*

9. *Oxyſaccharum Vomitiuum. Vide librum 2. caput 84.*

10. *Spiritus Vitæ aureus Rulandi.*

N. *De hoc ♌u, variæ Medicorum opiniones: Quercetanus è familia Metallici deſumptum illum exiſtimat, in Pharm. reſt. c. 17. Alij nihil aliud eſſe opinantur quam Infuſum Trochiſcorum Alhandal, quod vide in Colocynth. Tenzelius Spiritum Vitæ aureum à rubro diuerſum facit, aureum conſtituens Infuſum Troch. Alhandal: Rubeum vero ex terra ſancta (Antimonij) paratum autumat.*

### *VII. SALIFICATIO.*

*1. Sal ♁ij.*

℞. ♁. Ex quo Tinctura prolecta eſt, (ſiue ex Croco metalli, ſiue ex vitro,) calcinetur in fornace figulina ♂ 4. donec in ⊢Em penitus vertatur. Ex ⊢Ee hoc extrahe ⊖ cum 🜊 decantaque. Hinc abſtrahe 🜊 & clarifica, ſolatione ac coagulatione, vt moris, iterata.

N. 1. *Niſi ♁ prima vice probè calcinatum fuerit, adhuc ſemel calcinari poterit.*

N. 2. *Eadem calcinatio abſolui poteſt, ſi ♁ cum 🜍 ana miſceatur & comburatur, donec 🜍r penitus efflagrarit.*

N. 3. *Quirimo + Antimonij ſuper ♁ fuſum Sal ſubdulce elicit.*

Vires. *Æquipollet viribus ⊖is ex ☉; mundificat ſanguinem, expurgat corpus ab omnibus impuritatibus, curat Luem Ven. prodeſt in Podagra, rumpit Apoſtemata, fugat Febres, extrinſecus mundificat vlcera maligna.*

*Doſis gr. 4. Thold. in Halogr. vide etiam obſeru. Horſt. l. 1. in Epiſt.*

*2. Aliter.*

℞. Reguli pulu. q. v. præcipita per ſe, in

in ſublimatorio ſemper quod ſublimatum eſt, materiæ quæ in fundo eſt, reddendo. Regulus ita in 🝗erem rubéum conuerſus ponatur in cellam ad liqueſcendum: liquorem dephlegma aliquantulum ac repone ad cryſtalliſandum: Cryſtallos purifica.

N. *Hi Cryſtalli cum triplo tripolæ per* 🝭*m destillati, exhibent primo* Ω*m album, dein rubeum, quem rectifica in* MB *vel* VB.

Vires. *Prodeſt hic* Ω *in febribus præcipuè 4ana, atterit calculum veſicæ, promouet* ⊡*m, præſeruat à Podagra, extrinſecus illitus, mundificat vlcera maligna Baſil.*

3. *Aliter.*

℞. Ω 🜖i rectificatiſſ. funde ſuper mineram antimonij, ſtent in digeſtione ſeptimanas aliquot, (6) ſic ſoluetur ♁ in maſſam rubram, teterrimi fœtoris. *Hanc inde* 🝭re, pelleque igne nudo in receptaculum ſat amplum, (vti fit in 🝕tione Ω. 🜖i,) ſic prodibit primùm ⁰₀⁰ 🜖, hinc Ω antimonij rubeo colore. Receptaculum tandem veſica probe occluſum repone in cellam ♂ (14) ſic concreſcent Cryſtalli rubicundi, quos exime & ſicca.

N. 1. *Aquam reſiduam rectifica, & habebis* Ω*m* 🜖 *i vt ante.*

N. 2. *Ex Cryſtallis his fieri poteſt* Ω, *vt ex Sale communi.*

Vires. *Cryſtalli hi obſtructiones reſerant à viſcoſa ac tartarea mucilagine ſubortas, purgantque per aluum. Hinc vſus præcipui in affectu hypochondriaco, tertiana, pleureſi, & ſimil.*

*Doſis gr. 4. 5. Agricola.*

*VIII. MERCVRIFICATIO.*

☿ *Antimonij.*

℞. Sal ⊡. volat. ✳ 🜿 ♀i ā. ℥j. M. & affunde 🜊 acerrimum, digere vaſe H. cl. per ⊠m, dein deſtilla in 🝪e ad ſiccitatem: Siccis his ſalibus adde Tripolæ triplum, elicéque Ωm per 🝭m △ forti.

℞. Ergo Regul. læuigat. ℥ v i i i. affunde Ωm tuum deſtillatum, didere ⊠es 2 dein abſtrahe l. △ phlegma, reſtantique materiæ admiſce quadruplum limatur. ♂, deſtillaque △ fortiſſimo ex 🝭 in excipulum ▽a ſemiplenum, ac videbis ☿m in fundo currentem. *Baſil. in Curru Triumph.*

Ex hoc fit ⁰oo ſeu Butyrum ♁, *de quo in* ♀*io.*

N. *Alium modum exhibet Baſilius in repet. Lap. Phil.*

*Nimirum:*

♁ macerat aliquandiu in Spir. ♀i impraegnato ✳. Hinc ſublimat, ſublimatumque in ſartagine ferrea agitat ad acquirendum ☿m.

*Alius modus.*

℞. ▽. pluuiæ deſtillatæ cum ✳ affunde antimonio crudo pulueriſato digere per ♂ (8.) Hinc decanta & euaporare ſinito, habebiſque 🝗erem albicantem dulcem, qui ad ▽m fuſus ♄m exhibet nobiliſſimum, nihilque aliud eſt quam ☿ius antimonij, *de quo Ioh. Agricola.*

## CAP. XVIII.

### *De Recrementis Metallicis Naturalibus.*

Metallinorum corporum enodationem excipit anatomia Recrementorum Metallicorum.

Duplicis hæc ſunt ſortis; Naturalia & Artificialia.

Naturalia voco, quæ Natura operatrice, dum in gremio terræ Metalla generabantur, ex materia ad generationem eorum inidonea, extiterunt.

*Talia ſunt :*

Cobaltum, Chalcitis, Miſy, Sory, & Marcaſita ſeu Biſmuthum.

1. *Cobaltum.*

Cobaltum, cadmia natiua, foſſilis, metallica, eſt minerale terreum, colore fere nigrum, æris vel argenti particeps. Germanicè *Kobold*, *Muckenpulver*, quia Muſcæ eius guſtu perimuntur.

Foditur copiosè haut procul Goſlariâ.

Vires. *Vi cauſtica & erodendi pollet tanta, vt foſſorum manus & pedes exulceret : adeoque inter Venena recenſetur, quippe intus hauſtum animalia quaque perimit.*

2. *Chalcitis.*

Chalcitis eſt minerale ſimile æri, friabile nec lapidoſum, Sory tenuius, Miſy vero craſſius, tractu temporis ex Sory factum.

3. *Miſy.*

Miſy eſt minerale, colore aurum imitans, aureiſque ſcintillis dum frangitur, ſplendens, natum ſuper chalcitim & ex chalciti, non ſecus ac ærugo naſcitur ſuper æs & ex ære.

N. *Miſy eſt efloreſcentia chalcitis.*

4. *Sory.*

Sory eſt minerale lapidoſius, & vehementius compactum, craſſiſſimum, friatum ſcintillas miſeos emittens.

N. *Chalcitis, Miſy & Sory. mineralia ſunt, inter ſe origine & viribus coniunctiſſima. Nimirum, ex Sory fit Chalcitis, ex hac Miſy, videatur Matthiolus in Dioſcoridem, qui inter recentiores primus quid illa ſint, demonſtrauit. Verum adhuc dum Officinis noſtratibus in vſum non veniunt, quæ Chalcitis loco Colchotar Theriacæ immiſcent, cum tamen genuinum Miſy, adeoque & genuinam Chalcitin, monēte eodē Matthiolo, Ducatus Brunſuicenſis ſuppeditet.*

Vires. *Adurunt & Eſcharas efficiunt, attamen & nonnihil quoque adſtringunt. Differunt tamen inter ſe tenuitate & craſſitie, Sory partium eſt craſſarum, & proin minus penetrat, Chalcitis tenuiorum, Miſy tenuiſſimarum.*

5. *Marcaſita ſ. Biſmuthum.*

Marcaſita eſt περίττωμα Metallicum, in generatione metalli ex portione aliqua ad generationem Metalli inepta productum, inque corpus minerale albicans durum ac fragile mutatum. Germanicè *VViſzmuth*, *Marcaſith.*

N. *Differt à Cachymia, quod illa ex parte magis volatiliori conſtet, qua primo*

*mo ſcil. dum Metalla generabantur, ſequeſtrata fuit, hæc ex portione magis fixa atque vltimo ſegregata.*

Vires. *Recremento* ♄*i reſpondent.*

*Vſus rariſſimus eſt & non niſi externus.*

## PRÆPARATIONES & PRÆPARATA.

### *I. CALCINATIO:*

*Vnde*

*Magiſterium Marcaſitæ.*

℞. Marcaſitæ puluerif. q. v. ſolue in ▽F, [ex ⦶ & ⊖ â fact.] præcipita cum ▽, præcipitatum edulcora & exicca. *Beguinus.*

Vires. *Confert ad cutis vitia, lychenes ſcil. impetigines, ſcabriciem manuum, & ſimil.*

### *II, DESTILLATIO & SVBLIMATIO.*

*Vnde*

*Oleum ſiue Liquor, Sal & Flores Marcaſitarum.*

℞. Marcaſitæ crudæ [qualis ex fodinis eruitur.] q. v. e. gr. ℔. x.] pulueriſa maceraque cum Vino albo generoſo q. ſ. ♂ ♀ (ʒ) hinc deple, atque nouum vinum affundendo, iterum macera, toties id repetendo, donec menſ. 20. affuderis: Decantationes omnes tandem affunde Marcaſitis ac deſtilla ad ſiccitatem, hinc obtura roſtrum alembici, daque △m fortiorem & ſublimabuntur Flores argentei.

(N. *Liquor fit, ſi Flores argenteos per deliquium in cella ſolueris.*)

Deſtillatum porro lento calore coque, vel, ſi ⊓m appetis, deſtilla ad remanentiam menſuræ 1. reponeque aliquandiu. Hinc coque iterum ad medietatem circiter, reponeque ad cryſtalliſandum.

N. *Cryſtalliſationem promouere potes imponendo ſtramina.*

Vires. *Vtrumque & ⚯ & Sal magnarum ſunt virium in vlceribus cancroſis, fiſtulis, aliiſque affectibus malignis, Paracelſ. l. de Eſſentia Metallorum.*

*Aqua Marcaſitæ.*

℞. Miner. Magneſiæ, i. e. Biſmuthi crudi ignẽ non experti, q. v. deſtilla per ♌m, & nanciſceris ▽m albam, quam vel tertia vice rectificatam ſerua.

Vires. *Perhibetur extrahere animam auri, relicto corpore albo. Reuificare item dicitur herbam quamcunque aridam, ſi radice ei impoſita maceretur. Quimmo ſi cum ▽ deſtillata herbæ cuiuſcunque confundatur, atque cum modico ſalis eiuſdem herbæ maceretur, formam herbæ eiuſdem apparere aiunt. Eadem ▽ cum proprio ſale (ex ☿o) alcaliſata dicitur ⊙m ad miraculum uſque reſoluere. Fides ſit penes expertum.*

N. *Aqua Marcaſitæ clauſo vaſe aſſeruata, nouilunio dicitur augeri, plenilunio ècontra imminui. Andr. Orthelius in Lumine ſuo Chymico.*

### *III. EXTRACTIO.*

*Vnde*

*Extractum Marcaſitæ aureæ S. Cloſſ.*

℞ marcaſ. auri (leucophæa obſcuris punctis traiecta optima cenſetur) pulueriſetur & imponatur teſtæ vitreatæ, calcinetur vi △ hinc & inde materiam rudiculâ ferreâ agitando, donec non fumiget amplius & 🜍 eius impurum omninò combuſtum ſit, tùm per incerniculum agatur, & inde Tinctura per ⚹ Alkaſitatum proliciatur.

ciatur. Euaporato menſtruo reſtabit materia mellita.

Vires. *Cum micâ panis ſubigitur, formanturque pilulæ ad piſi magnitudinem. Detur vnica pilula pondere gr. vj. ad repurgandum corpus in febribus intermittentibus.*

2. *Extractum aliud valdè nobile.*

Eadem Marcaſita præparata vti dictum M. cum part. XII. cremor. ☐ Bull. in cacabo ferreo cum magnâ quantitate aq. communis, dum tingatur aqua, quæ poſtea filtranda & euaporanda eſt ad conſiſtentiam ſapæ, & cum ∇ denuò circulanda in Eſſentiam.

Vires. *Serum purgat potentiſſimè, hydropicos admiraculum iuuat.*

*S. Cloſſ.*

N. 1. *Infuſio ſimplex ʒj Marcaſit. in ℥v. vini albi adhuc fortius hydropicos euacuat inſtar ʒij.*

N. 2. *Si ex floribus Marcaſit. vel ex vitro eiuſdem concinnatis ad normam florum vel vitri ʒij fiet extractio, res felicius erit ſucceſſura.*

## CAP. XIX.

### *De Recrementis Metallorum Artificialibus.*

RECrementa Metallorum artificialia vocò, quæ ſeparantur à Metallis, dum in fornace funduntur & purgantur.

*Suntque:*

1. Cadmia, 2. Diphryges, 3. Lithargyrium, 4. Molybdæna, ſ. Plumbago, 5. Tutia, ſ. Pompholyx & Spodium.

### 1. CADMIA.

Cadmia
- Natiua
  - metallica, *v. Cobaltum.*
  - metalli expers, *v. Lapis calaminaris.*
- Factitia, *de qua hic.*

Cadmia factitia eſt corpus denſum, ex fuligine æris, dum in fornace conficitur concretum, adhærens lateribus, camerîſque fornacum, vel & in partem infimam delabens.

Dicitur Καδμεία, Arabicè Climia vel Chlimia.

Triplicis id fit generis, nominibus à re quam repræſentare videtur deſumptis.

Botritem appellant, quæ Vuæ ſpeciem refert: Oſtracitem, quæ teſtis ſimilis eſt: Placitem quæ cruſtis.

Botritis reperitur in fornacis parte media: Oſtracitis in infima: Placitis in editiore.

N. 1. *Sunt qui Capnitem & Calamitem addunt.*

*Capnitem, quæ in ipſo fornacum ore reperitur, tenuiſſima, exuſta & nimia tenuitate ſimilis fauillæ. Verum hæc à Pompholyge vix vel parum differre videtur.*

*Calamitem vocant, à figura Calami, quam à pertica ferrea acquirit. Nimirum decutitur hæc à ferreis perticis, quibus cadmia, dum æs fuſum iis agitatur, adhæreſcit.*

N. 2. Quin

N. 2. *Quin & Cadmia paratur ex Pyrite Lapide in fornace vſto.*

Optima eſt Botritis, denſa, modice grauis, & in læuitatem magis clinans, racemoſa facie, quæ fracta cinerulenta eſt. *Dioſc.*

Vires. *Leniter deſiccat, abſtergit, vlceribus humidis & putreſcentibus confert, eademque ad cicatricem ducit. Adhibetur autem Botritis & Placitis inprimis in affectibus oculorum, reliqua in vlceribus aliis.*

PRÆPARATA.

*P. Tutia (potius Cadmia) præparata Officinarum.*

Igniatur & extinguatur cadmia in ▽ roſarum, idque terna vice, hinc lauetur vt Pompholyx.

2. *Collyrium album Galen. v. Diſpenſ.*

N. *Præſtat in Collyrio hoc, vt & in aliis, loco Cadmiæ adhibere Pompholygē ſeu Tutiam. Nec audiendi ſunt, qui Cadmiam & Tutiam confundunt, Tutiāque faciunt, quæ Tutia minus legitimè, rectius autem Cadmiæ ſpecies eſt.*

3. *Vnguentum de Tutia Nicolai, V. D.*

4. *Emplaſtrum de Lapide calaminari, V. D.*

II.

DIPHRYGES.

Diphryges eſt genus recrementi metallici, quod ſubſidet, dum æs in fornace fuſum ▽ frigida perfunditur.

Vires. *Miſtam habet facultatem, continet enim in ſe quiddam & mediocriter adſtringens & mediocriter acre: quamobrem vlcerum rebellium optimum Medicamentum eſt.*

*Vſus in Officina eſt rariſſimi.*

III.

LITHARGYRIVM.

Lithargyros, Lithargyrium Officinis, ſpumoſum excrementum eſt, è purificatione argenti, quæ per plumbum fit, reſiduum.

Duo eius genera communiter ſtatuuntur, videlicet Lithargyrium argenteum, quod coloris albi, & aureum, quod flaui coloris exiſtit. Verum non niſi coctione differunt, aureumque magis coctum eſt, quam argenteum. Germ. *Gleet.*

N. *Nihil eſt aliud. quam* ♄.

Vires. *Siccat & refrigerat moderatiſſimè adſtringit, reprimit, occludit, caua explet, exterget, ſarcoticum eſt.*

PRÆPARATIONES

Præparationes eaſdem cum ♄ pro re nata tamen ſuſcipit. Vnde Medicamenta quoque eadem ſuppeditat, quorum tamen præcipua ſunt.

1. *Sal Lithargyrij, Alumen* ♄*i Paracelſo.*

Paratur beneficio 🜋, non ſecus ac Sal ♄i: decantatur ſolutio, filtratur ac inſpiſſatur.

Vires. *Et præcedentibus collige, & ſi libet reſpice ad Sal* ♄*i: Internè exhiberi quoque poterit in diarrhæis, dyſenteriis, reliquiſque morbis reſolutis. Inteſtina læſa ac vlcerata ſanat ac conſolidat, ſanguinem æſtuantem refrigerat.*

*Doſis ℨß. cum Theriaca vel alio Electuario ſudorifico ſiue anodyno.*

2. *Magiſterium.*

Præcipitetur ſolutio cum o°o ♀i.

3. ꝏ *Lithargyrij rubrum.*

℞. Sal Lithargyr. ⊖ decrepitat. ā M. ac deſtilla per 🝭m.

Vires. *Curat vulnera oculorum,* 🝎

 *nigrum*

*nigrum inſpergitur vulneribus.*

4. *Extractio ſeu Tinctura Lithargyrij Therebinthinata, alias Balſamus Lithargyrij Therebintinatus.*

℞. Sal Lithargyr. ℥ij. ⋂ Therebinth. ℥iv. macera in ╞Eibus calidis & rubeſcet.

Vires. *Mirarum exiſtit virtutum in Chirurgia, conuenit vlceribus inueteratis, vt & tumoribus: curat vulnera, eademque ab accidentibus præſeruat, præcipuè ſi addatur Camphoræ ℥ß. ſuccurrit itidem fiſtulis, cancro, morphæis & aliis*

5. *Balſamus ſeu Vnguentum.*

℞. 🜊 Sale Lithargyrii impragnatum, miſce cum 🝆 (præſtat in mortario plumbeo,) ſic coagulatur in Linimentum.

Vires. *Confert inflammationibus, ambuſtis, podagræque calidæ, & ſimil.*

N. *Eodem modo fit & balſamus* ♄*i, ex* 🜊*o ſale* ♄*i impregnato, &* 🝆*o oliuarum.*

6. *Liquor.*

℞. Sal vel Magiſterium Lithargyrii, ſolue per deliquium.

IV.

MOLYBDÆNA ſeu PLVMBAGO.

Molybdæna ſ. Plumbage duplex Dioſcoridi eſt: Natiua & Factitia.

Illa nihil aliud eſſe videtur, quam Lapis ſ. Minera plumbi, ſeu potius Minera plumbi & argenti ſimul.

Factitia eſt ſpecies Lithargyrii, videlicet eſt illud recrementum quod in argenti, antique purificatione cum plumbo, mineraue plumbi inſtituta, fornacis ſolio concretum peruſtum adhæreſcit.

Vires. *Similem Lithargyro vim poſſidet, ad frigidum paululum recedens, ſed nec abſtergentis facultatis eſt particeps.*

N. *Vtraque celerrime funduntur.*

V.

TVTIA ſeu POMPHOLYX & SPODIVM.

Pompholyx eſt fauilla tenuiſſima & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur, ſupernæ earum parti adhæreſcit. Arabicè Tutia. Latinè Bulla, Offic. Nil, vel Nihili album Germ. *VVetſz nicht Augen nicht.*

N. *Coit ibidem in glomuſculos vellerum ſimiles, contractaque farinæ modo diſpergitur. Eodem modo & Cadmia, vi ignis violenti in fauillam ſeu tutiam redigi poteſt. Vide Dioſc.*

Spodium eſt fauilla eadem ob grauitatem in pauimentum decidens. Græcè σπόδιον & σποδός. Latinè Spodium Græcorum. Offic. Nil vel nihili gryſeum. Germ *Gravv nicht.*

N. *Dicitur Spodium Græcorum ad differentiam Spodij Arabum, quod nihil aliud eſſe, ait Auicenna l. 2. canon. tract. 2. c. 617. quam radicem alcannæ cõbuſtam, cuius vires refrigerent & exiccent, ſtypticæ ſint & confortent cor, conferant tremori cordis & ſyncopæ ex cholera ſubortæ, &c. Hoc igitur cum nobis deſit, Officinæ noſtrates, Ebur vſtum eius loco vendunt, ceu viribus ſimilibus præditum.*

Vires. *Pompholyx Medicamentorum propè omnium, quæ citra morſum deſiccant, (ſi lota fuerit,) præſtantiſſimũ eſt, quamobrem ad vlcera cancroſa idonea exiſtit, vt & ad alia omnia maligna. Inditur Collyriis, quæ ad oculorum imponuntur fluxiones, quæque bullas ſeu puſtulas in eis natas curant.*

Spodium Græcorum vti ſpecie à

Pompholyge

Pompholyge non differt, ita & viribus inter ſe conueniunt.

N. *Legitima hæc Pompholyx ac Spodium rarò in Officinis noſtratibus extant, vnde eius loco Cadmia vti ſolent, verum operæ pretium eſt, de legitimis comparandis eſſe ſollicitum.*

PRÆPARATA.

1. *Tutia lota.*

℞. Pompholygis q.v. inde linteolo modicè raro agitaque in limpida, vt tenuior ac vtilior tutiæ pars aquæ immiſceatur, & nil in linteolo remaneat, præterquuam quod inutile eſt. Hinc reſidere permittitur, ac aqua decantatur.

2. Vnguentum Nihili ad oculos. *V. Aug.*

3. Aliud ad Oculos. *V. Aug.*

4. Diapompholygos Nicolai. Nihil dictum.

De Tutia,

N. *Hic recipienda cadmia.*

---

## CAP. XX.

### *De Salibus in genere.*

SAlia nihil aliud eſſe quam corpora mineralia in ▽ ſolubilia ac denuo in ſalinam cryſtallinamque formam coagulabilia, libro primo dictum eſt: hoc loco vlteriorem eorum enodationem aggredientes, quatenus ea medicam prouinciam ſubeant, referemus.

Salia quæ medico vſui inſeruiunt, adeoque præparatis inde parandis materiam ſuppeditare apta ſunt, triplicis quidem ſunt generis, pro triplici ſcil. mundi regno, minerali, vegetabili, animali: attamen hoc loco primariò non niſi de mineralibus agere conuenit, iisque natiuis ſolis, ad quorum normam tamen & artificialia; ſiue è mineralibus, ſiue vegetabilibus, ſiue animalibus elixiuiata illa fuerint, facilè dirigi poterunt.

De horum Salium origine ſic ſentio: Macrocoſmus non minus ac reliqua duo mundi regna ſua ſuſtentatur viuitque nutritione. In hac redundat perittoma ſalinum, reſpondens ſalſuginoſis excrementis, in animalium vrina, ſudore, catarrho, & ſimil. deprehenſis. Dictum perittoma macrocoſmicum ſalinum, in globo hoc inferiore congregatum, variam pro varietate matricum induit ſpeciem, non ſecus ac excrementum illud ſalinum in animalibus, differens euadit.

*Hinc.*

Sal { Commune, Gemmæ, Nitri, Alumen, Ammoniacum, Vitriolum,

Quibus & Arſenicum addere licet; quod tamen inter Salia & 🜍ra ambigit.

Eligenda ſunt Salia hæc in genere loco natali celebriora, tum puriora, nitidiora, & ſi natura ferat cryſtallina.

## PRÆPARATIONES.

Præparationes quibus Salia ſubiiciuntur, ſunt. 1. Purificatio. 2. Calcinatio. 3. Deſtillatio. 4. Sublimatio. 5. Fixatio, 6. Liquatio.

### I. PVRIFICATIO.

Salia, quia plerunque heterogeneis, ſcatent, minusque ſyncera exiſtunt, depurari opus habent. Depurationis huius modus pro varietate ſalium varius quoque inſtitui poteſt. Potiſſima tamen ratio ſalium purificandorum conſiſtit in ſolutione, ſoluti filtratione, filtrati exhalatione, adeóque ſalis concretione vel cryſtalliſatione.

Soluuntur Salia non niſi in liquore aqueo, ( non ſulphureo aut pingui, & proin nec in 🜈 rectificatiſs. ) Liquor hic, niſi ſpecialis acceſſerit admonitio, adhibetur vulgariter 🜄 fontana, in qua ſal quodlibet maximè ſi tepefiat, diſſoluitur; diſſolutum per chartam traiicitur, vt fecibus in charta relictis ſyncerum tranſeat; Hoc poſtmodum humiditate, ad ſiccitatem vſque abſtracta, condenſatur, vel ſ. a. cum aliquota liquoris portione cryſtalliſatur.

### II. CALCINATIO.

Calcinantur Salia per ignitionem, idque vel ſine, vel cum fuſione: & interdum accedente ſubinde materia ſeruili, de quibus ſpeciatim in ſingulis.

### III. DESTILLATIO.

Salium deſtillatio, quia vt plurimum Ωu fixiori grauida ſunt, per 🝭m peragitur, eamque vel ſimplicem, vel tabulatam: vitream, vel terream, idque igne tum arenæ, tum nudo, pro fixitate ſcil. maiore vel minore liquoris eliciendi adhibito.

*Per 🝭m tubulatam deſtillatio hoc modo peragitur.*

Ad manus habere decet 🝭m terream formam, quæ in ſuperiore ventris ſui medietate tubulum habeat foramine peruium, quo materia per vices iniici, quodque poſt iniectam materiam obturari firmiter poſſit. 🝭m hanc ( ſi lubet loricatam) luto in fornace deſtillatoria obfirma, vt tubulus emineat, fumariis tamen vno ac altero relictis. Hinc roſtro appone receptaculum capaciſſimum, ( quia Ω cum impetu irruentes amplum requirunt ſpatium, ) iuncturis firmiter luto firmatis. Luto lento exiccato accende primo lentum ignem, *hinc fortiorem*, vt 🝭 *incandeſcat*. Tum iniice *materiam* paulatim per tubulum, foramenque vel luto, vel bacillo ſtupha humida circundato obtura, donec Ω illi impetuoſi coagulati [ aquæ in receptaculo immixti ] ſint, receptaculumque clareſcat. Hinc iterum iniice, obturaque vt dictum.

*Vide de his figuram appoſitam.*



N. 1. *Commodum erit aliquotam aquæ*

*partem*

*partem receptaculo infundere, cui ſcilicet impetuoſi illi ♌ immiſceri, adeóque condenſari poſſint.*

N. 2. *Salia ſimpliciora citra fluxum ſeu fuſionem deſtillari volunt, quare ne inter deſtillandum vi caloris fundantur, duplum, triplum, &c. vel arenæ, vel farinæ laterum, vel agrillæ ſiccæ humidæve commiſceri ſolet, quorum beneficio fuſio illa precaueatur.*

### IV. SVBLIMATIO.

Sublimatio non niſi Sali ammoniaco peculiariter ac præcipuè competit, vt & arſenico. Flores enim ⊖ communis vno & eodem deſtillationis actu acquiruntur.

### V. FIXATIO.

Fixantur Salia diuerſimodè, de quo ſpeciatim ſuis locis.

### VI. LIQVATIO.

Liquari poſſunt Salia, ſi vel aëri humido exponantur, vel liquore aqueo aſpergantur.

*Formæ Medicamentorum ſeu*
*PRÆPARATA*
*Salina ſunt.*

1. Cryſtalli ſeu Sal purificatum.

N. *Cryſtalli Salis, ſi ſimpliciter præſcribantur, nihil aliud denotant, quam Sal cryſtalliſatione purificatum, ſic conficiuntur Cryſtalli* ⦶, *&c.*

*Excipe Cryſtallos* ⊖ *dulces, de quibus in* ⊖. *cap. ſeq.*

2. Sal calcinatum.

3. Deſtillatum vnde { Phlegma. Aqua. / Spiritus. / Oleum. }

4. Sublimatum. Flores.

5. Fixatum.

6. Liquor-Balſamus.

---

## CAP. XXI.

### *De Sale communi.*

SAl commune nihil aliud eſt quam ſalſugo ▽æ ſalſæ, [marinæ ſcil. vel fontanæ,] quæ ſalſugo humanitatis aqueæ euaporatione inſpiſſata remanet.

Dicitur, Baſilio Monacho: nobiliſſimum ac optimum Aroma. Græcè ἅλς. Arabicè Melich, Melha, Germ. *Saltz, Kuchenſaltz.*

Duplex Salis huius genus occurrit, marinum ſcil. & fontanum, vtriuſque diuerſæ ſunt ſpecies.

Primas autem Sal marinum ſibi vendicat, ac præcipuè Hiſpanicum, in cuius tamen defectu ſatius eſt ſal fontanum, quod ad manus eſt, in præparationibus noſtris recipere, quam aliud ſalis genus cum ſumptu acquirere.

Inter fontana tamen maxima quoque diuerſitas eſt, reliquiſque laudem præripere videntur Hallenſe ac Lunæburgenſe quibus tamen haud multum cedit, quod in Patria mea Vſſleniæ VVeſtphalorum paratur.

Vires. *Calfacit, exiccat, abſtergit, diſſoluit, purgat, adſtringit leniter, conſumit ſuperfluitates, penetrat, digerit, aperit, incidit, Venerem ſtimulat, putredinem, veneniſque reſiſtit.*

*Hinc conuenit, Internè in cruditati-*

*bus ventriculi, appetitu proſtrato, obſtructionibus alui & vrinæ, colicis doloribus, &c.*

*Externè, in vlceribus putridis ac ſerpentibus mundificandis, in tumoribus ſimplicibus & peſtilentialibus diſcutiendis, in combuſtionum ἐμπυρώσεις extrahenda, in pruritu & ſcabie exiccanda, in ſuggillationibis, ſanguineque extra vaſa to reſoluendo ac diſcutiendo, in dolore dentium, colico, cephalico, arthritico, & ſimil. mitigando, in oculorum pterygio abſumendo.*

N. *Ad Salis huius communis naturam accedunt ſalia artificialia, ex vegetabilibus ac animalibus incineratis ſcil. elicita, vnde & iiſdem ferè præparationibus ſubiici queunt.*

PRÆPARATIONES.

*Præcipuæ ſunt.*

Purificatio. 2. Calcinatio. 3. Deſtillatio 4. Sublimatio.

*PVRIFICATIO.*

Purificatio ⊖ fit modo vulgari, ſoluendo in 🜄 ac cryſtalliſando.

N. *Si ſolutio hæc ac cryſtalliſatio aliquoties repetatur, tandem ⊖ dulceſcit.*

*II. CALCINATIO.*

1. *Decrepitoria.*

Sal calore irritatum crepitare ſolet. Quare ne crepitando vas deſtillatorium diſrumpat, operæ precium nonnunquam erit, idem decrepitare, i.e. ad 🜂m calcinare, donec amplius non crepet.

2. *Fuſoria.*

Funditur ſal in +bulo, ſine aliquo artificio, 🜂e ſaltem ſatis forti adhibito.

*Aliter cum 🜿.*

℞. ⊖is, 🜿 añ miſce ac in anemio calcina igne violento, vt concreſcat. Hinc extrahe ſal cum 🜄 commun. ac coagula.

Vires. *Baſilius ⊖ hac ratione cum 🜿 ter calcinatum, ſingulis vicibus cum noua 🜿 anaticè mixtum) abibet in Tinctura ☾ conficienda. Vide de ☾.*

*III. DESTILLATIO.*

Deſtillatio ⊖is exhibet acidam 🜄, phlegma, ſal volatile & ſpiritum.

*Nimirum.*

℞. ⊖. deſtilla per ſe ex 🝭, primò prodibit 🜄 acida ſeu ⊖lata; ſecundò phlegma, cum quo ſal quoque armoniacus ſeu volatilis ſublimatur. Ceſſa à deſtillat. ac repone 🝎 in loco humido ad attrahendam 🜄m (vel aliquota 🜄æ parte irriga,) dein deſtilla rurſum, ſic exibit ♌ acidus. hoc repete toties, donec totum ⊖ in ♌m conuerſum ſit, quem in 🝫 rectifica.

1. *Spiritus Salis, ſiue Oleum ⊖ vulgare.*

℞. Salis commun. ℔.ij. impaſta vel malaxa cum argillæ figulinæ, boliuè armen. ℔. iij. ad v. & vltra, inde forma orbiculos, quos ad duritiem exiccatos, impone 🝭æ terreæ, lutoobductæ, vix ad medietatem implendæ: iungatur Recip. ſatis capax & ſeruatis 🜂 gradibus, donec phlegma egreſſum ſit, vltimo pelle forti 🜂 continuando eundem donec ♌ albi prodierint, ♌m hunc rectifica, phlegma,

ma, vel in 🝫 abſtrahendo, vel ſi ma- uis euaporando.

N. 1. *Si terram ſigillatam loco argillæ ſumpſeris, præſtantiorem elicies ſpiritum: Quin imo ſal cum triplo arenæ vel farinæ laterum, vice argillæ miſceri poteſt.*

N. 2. *Quandoquidem in prima deſtillatione ſalis portio minima in 🝉m reſoluitur, nonnulli 🝗 in ▽ communi coquunt, & 🜔 inde extractum, vt prius deſtillant.*

Alij 🜔 extractum cum 🝉u illo priori miſcent, aliquandiu digerunt & deinde cum bolo & ſim. ♑ando, totam ſalis ſubſtantiam in 🝉m tranſire faciunt. *Croll. Senn. in Inſt. l. 5. p. 3. c. 5. Beguin. Agricola.*

N. 3. *Impaſtatur Sal ne fluat, quippe ſi fluxerit, vix 🝉 aſcendet.*

N. 4. *Alij.*

℞. Ouſt. part ij. 🜔 p. iij. ♑antque, verum 🝉m 🜔 purum hac ratione acquiri non videtur veriſimile, imò in examine conſtat, eiuſmodi 🝉 vim ſuam ab O potius obtinere, quam à 🜔.

Vires. *Diureticus eſt & Lithontripticus, tartaream que mucilaginem potenter reſoluit, vnde vtiliter adhiberi ſolet in obſtructionibus Epatis, Lienis, &c. in Hydrope, Ictero. Extinguit ſitim mirabiliter, abſumit corrodendo ſine dolore, quicquid in vulneribus aut affectionibus aliis putredine corruptum eſt. Mixtum cum 🝆o Terebinth. Cera, Camomill. Verba ſcicet & ſim. dolores podagricos ſedat, tophos diſcutit. &c. Sanat quoque membrorum contracturam ac ariduram.*

N. *Ad eundem modum eliciuntur & 🝉 ex ſalibus artificialibus vegetabilium, quorum vires, licet ex plantis ſuis aliquo modo coniecturari poſſint, (e. gr. ex ſale abſanthij elicitur 🝉 ſtomachicus, &c.) Attamen 🝉 vegetabilium in genere omnes ſunt acidi, inſtar 🝉 🜔is com. incidunt, reſoluunt, &c.*

2. *🝉 Salis compoſitus.*

℞. 🜕 puriſs. & 🜔. decrepit. (vel fuſi) ā M. cum dupla vel tripla quantitate, [alij quadrupla,] argillæ ſiccæ, & exinde more ſolito △ nudo 🝉m prouoca.

℞. Huius 🝉 ℔. 1. 🜔is fuſi ℥ iv. digere aliquandiu, vt nimirum ◡ adiectum ſolui poſſit, & protinus per 🝭m deſtilla. Augebis hac ratione 🝉m & fortiorem reddes, quem eodem plane modo, cum nouo 🜔 fuſo, eadem quantitate ſumpto, pro libitu toties augebis, quoties placuerit. Abſtrahe ab hoc 🝉u phlegma, & deinceps eundem rectifica per 🝭m. *Vntzer. Agricola.*

Vires. *Maximarum eſt virium in Hydrope, intrinſecus & extrinſecus adhibitus, confert itidem in fiſtuloſis vulneribus.*

3. *Spiritus 🜔. viridis.*

℞. Fragmenta laterum, indantur ollæ, ignianturque in fornace calcaria; ollæ huic alia ſuperpoſita ſit olla, ſale aliquatenus adimpleta, quod vbi vi caloris liquefactum fuerit, pertunde fundum ollæ ſuperioris, vt ſal fuſum in ignita defluat laterum fragmenta, cumque iiſdem miſceatur. Ex his igitur ♑etu 🝉r per 🝭m vt moris. *Sennert. Inſtitut.*

N. *Idem perfici poteſt, ſi ſale in cella liquefacto fragmenta laterum ignita imbuantur.*

4. *Spiritus 🜔 corallatus.*

℞. Sal comm. ℔. iij. vel iv.

Corallor. tenuiſſ. tritor. ℔. 1. M. læuigando ſuper porphyr. poſtea igne

deſtilla

deſtilla vehementiſſimo in excipulum capaciſſ. & Ωm ſalis accipies vna cum Ωu corallorum.

N. *Addere potes & ſabulum, vt fuſio impediatur.*

Vires. *In affectibus cordis, palpitatione ſcilicet & ſim. maximarum eſt virium.*

*Doſis ℈ß.*

5. *Spiritus Salis dulcis.*

℞. Ω ⊖is optimè dephlegmati 🜊 opt. á M. 🝞 lentur ter vel quater, ſic vnientur inſeparabiliter & dulceſcent.

N. 1. *Eandem dulcedinem conſequi poteris, ſi vel 🜊, vel °°° 🝘 i, vel feces vini ab initio 🝞 lationis cum ⊖ commiſcueris.*

N. 2. *Exuitur quoque Ωs ⊖ vi corrodente, ac velut matureſcit, dulceſcitue ſi dephlegmatus vaſe firmiſſimè clauſo trimeſtri ſpacio in 🝝 bus continuo atque æquali calore tepentibus [ qualis eſt ☉is æſtiuus ] digeritur.*

Vires. *Egregium præſeruatiuum eſt in peſte, arcet enim omnem putredinem. Ventriculum cum viſceribus reliquis in optima conſeruat diſpoſitione.*

Soluit corallia, &c. quinimo & ☉lis tincturam extrahit, *vide ▽ temperatam Baſilij in 🜊 l. 4. claſſ. 2.*

Vſus. *Cum ſaccharo cando in formam Electuarij miſceri, ſingulíſque diebus ieiuno ventriculo aſſumi poterit. Hartm. in pract. loc de peſt. Senn. inſt. Tentz. Gluckraht, &c.*

6. *Aliter.*

℞. Sal fuſum, ſolue in ▽ pluuia deſtillata, filtra, inſpiſſa, ac repone ad cryſtalliſandum: Cryſtallos hos exemptos vicibuſque aliquot, (10) vti dictum ſolutos & cryſtalliſatos, ( ſic dulceſſent) imbibe cum 🜊, formaque globulos cum argilla, deſtillaque vt moris, eſt.

Vires. *Præter virtutes iam deſcriptas, inſigne exhibet menſtruum ex rob ferè omnibus tincturas extrahere idoneum: inſuper Herniam carnoſam conſumit, ſi quotidie ter illinatur: maneque ac veſperi eius gutt. x. aſſumantur. Agricola.*

7. ⊖ *dulcis compoſitus.*

℞. Ω ⊖ compoſiti ac Alcohol. Vini á M. ac vni circulando, cohobandoque,

Vires. *Adeo reſiſtit ſiti, vt Hydropici vſu illius aliquandiu à ſiti liberi reddantur, prodeſt etiam Ictericis, Lumbricos potenter expellit, extrinſecus lente podagram ſi caute illinatur, imo, quicquid de Ol. ſpirituue ⊖is apud Paracelſum, alioſque modernos Auctores legitur, id ipſum huic potiſſimum adſcribendum eſt.*

*Doſis g. 6. ad ℈ß. in vno vel alio Liquore. Hartmann. in Croll. Tentzel. Vnzer.*

8. *Spiritus ⊖is ⊕ lati diureticus.*

Fit ex leuiter calcinati ⊕ li & ⊖ toſti partibus æqualibus cum bolo vel ▽ figulinâ globulis confectis, (meo damno expertus ⊕ lum his non ſufficere ad cohibendum fluxum, fixitatemque materiæ) more vero communi Ωus euocatur, qui poſtea per rectificationem à phlegmate liberatur.

*Doſis gutt. vj. matutino tempore cum brodio decoctionis petroſel. Ex communicatione G. Horſtij habuit S. Cloſſ.*

9. *Spiritus Eſſentialis.*

℞. Salis Hallenſis ad albedinem calcinati ( qui hac in operâ reliquis præfertur) ℥ij. Imbibatur °°° ⊖ mar. vel montan. ad conſiſtentiam pultis liquidioris, fiat clauſo vaſe digeſtio, quouſque Ωus cum ⊖ calcinato vnitus ſiccatúſque ſit, affunde alium imbibendo

bendo deſiccandóque toties, dum ſal vlteriorem proprij ſui ♌us incorporationem recuſet, & ex colore aureo odoreque ſuaui dignoſcas, 🜊rationis tempus inſtare, quam ſi per 🝭 inſtituas, exibunt fumi albiſſimi, qui in aquam conuertuntur & rectificatione opus habent.

Vires. *Dicitur ex ☉ tincturam abſque corp. dilaceratione allicere. Eſt inſuper remedium ſiſtendis in momento Vomitibus dicatum & certum, idque indifferenter & in omnibus morbis.*

*Doſis gutt. 3. in Syrupo, inſculo vel vino.*

*Ex commun. S. Cloſſæi.*

10. *Spiritus 🜔 dulcis ☉em ſoluens.*

Extinguantur fragmenta laterum 5. aut 6. vicibus in °°° 🜔, poſtea deſtillentur, prodibit ♌us ſubacidus, qui in volâ ☉is folia & margaritas ſoluere creditur. 2. *Flos* Salis ſiue cryſtalli 🜔 dulces collo 🝭 *poſt* deſtillationem affixi, longóque tempore cum ‿ digeſti idem efficiunt. 3. Solus ♌us 🜔 vi circulationis diutinæ caudam ſuam deuorat, id eſt acredinem ſuam innato ſuo balſamo dulcificat. 4. Idem cum ♌u ardente ♄ni mixtus aliud menſtruum dulce præbet ☉is ſolutiuum. 5. Ex ſpiritu Roris Majalis & ſale calcinato fit alia Aqua ſolutiua dulcificata longâ digeſtionum & irrorationum ſerie, quæ ☉em in liquorem volatilem potabilémque euehit.

*Dx communicatione eiuſdem.*

11. *Cryſtalli 🜔is dulces, ſeu ſpiritus 🜔 coagulatus.*

P. 🝭 terrea, ampla & fortis, quæ in ſuperiori ventris capacitate fiſtulam habeat in medium æ corpus pone deſinentem. Huic 🝭æ impone 🜔 commun. vel quod melius Hiſpan. ſeu marini ℔. iij. vel iv. Receptaculúmque adapta capaciſſimum, cui ſi libet ▽m infundere licet; adde △ per gradus, donec 🜔 fluat, tum per fiſtulam guttula vna vel altera ▽æ frigidæ immittatur, vt (fiſtulæ orificio ſtatim obſtructo,) in 🝭 ſpirituum copia mediante humiditate eleuetur, inque receptaculum propellatur, continua hoc ipſum, donec 🜔 in ♌m ferè ſit redactum. Dephlegmetur dein 🜊atum, euaporétque humiditas; reliquum exponatur ad cryſtalliſandum, ſ. a. ſic cryſtalli colligi poſſunt Sacchari dulcedinem referentes, ſolubiléſque per deliquium.

Vires. *Sudorificum eſt, Hydropicorumque ſitim non minus ac ♌ ille ſalis dulcis compoſitus arcet; quippe nihil aliud eſt quam ♌ Salis coagulatus, vnde quoque eſſentialem humiditatem, quæ multum in Hydropicis exhauritur, maximopere adiuuat, ventriculumque ac viſcera reliqua confortat, malignitatem in peſte, peſtilentialibuſque febribus potenter diſcutit.*

*Doſis gr. 5. 6. 7. ad 20.*

N. 1. *Si ad ſal comm. exiccat. ℔. j. addideris carbonum pulueriſat. ℔. ij. optiméque miſcueris, ex ℔. j. 🜔 accipies Spiritus ℔. ſ. Hartm. in Croll. Keſler. 4. cent. 79. Agricola.*

N. 2. *Cryſtalli hi cum ☉ impregnati nobiliſſimum exhibent confortatiuum. Fitque ſi Cryſtallorum p. 6. cum ☉ foliat. p. 1. aliquot ⧗as in + ſub tegula reuerberantur. Agricola.*

N. 3. *Keſlerus docet & follem adhibere, cuius rei gratia 🝭m habere duplicem tubulum oportet, alterum frigidæ immittendæ, alterum folli intromittendo inſeruientem.*

12. *Flores ſal communis.*

Quemadmodum in ſuccini deſtillatione flores, ſalis volatilis titulo eleuantur, parietibuſque ac collo 🝭æ adhæreſcunt: ita & ϑatione Ωoleiuè ſalis, tandem △is vehementia flores aſcendunt, quos collige.

*Vſus horum varius eſt, ac craſſum phlegma incidendum, corruptoſque humores à putredine vindicandos.*

N. 1. *Sunt qui cum ✳ ſublimant, verum decipiuntur, ſi flores ſalis ſimplices inde ſibi imaginantur.*

N. 2. *Fiunt etiam flores ſalis, ſi in rectificatione Ω ac olei Salis id quod reſiduum fuerit fortiori △ ſublimes.*

N. 3. *Si* ϑ *latio facta ſit cum O,* ☠*m aëri aliquandiu expoſitum, ac iterum* ϑ*ationi ſubiectum, plus olei ac florum ſuppeditabit, poteſt hoc aliquoties repeti.*

13. *Alius* Ω *ſeu* 🝆 ⊖. *vnde*

*Cryſtalli dulces.*

℞. ⊖ marini crebris ſolutionibus [in ▽ pluuial. vel fontis deſtillata] filtrationibus & coagulationibus optimè purificati, ℔.vi. adiice diſſoluentis 🜿lati & melliflui ex vegetabili & animali parati, (i.e.) +i ex melle facti,) q. ſ. præmiſſa digeſtione deſtilla gradatim ac cautè, ex 🝭 terrea vel vitrea, luto probè munita in receptaculum capaciſſ. Sic elicies Ω aqueos ſulphureos ac 🜿latos, dulces acidoſque, qui firmiſſimè ſali reconditi inhærent, [gradatim ac cautè ϑatio hæc peragenda eſt. Oportet enim vas incandeſcat, purpureo tamen non claro colore, ne ſcil. ⊖ fluat, & in hoc gradu immorari decet ♂ ♀ 8] poſt Ω nebuloſos, [in quibus primum Ens metallorum reſolutum eſt,] exhauſtos, tandem ad collum recipientis ſublimabitur 🜅 foliata inſtar niuis albiſſima, vel etiam flaua, [qui ☿ aut 🜍r philoſophorum nuncupatur.] Ωm deſtillatum, vt & 🜅m coniunge, abſtraheque phlegma ſolummodo inſipidum VB calore lentiſſ. reliquum repone ad cryſtalliſandum ſ. a. Et hoc repete, donec nulli amplius cryſtalli concreſcant, & id quod extillat aciditatem ſapiat. Tunc ab opere deſiſtendum, & in fundo cucurbitæ quærendum verum ⊖is 🜖 vitriolatum.

Vires. *Cryſtalli hi, etſi ſapore dulces, admirandæ tamen ſunt virtutis, adeo vt vel per ſe ſeorſim, vel cum oleo ſuo debita proportione permixti, verum ſint Solis menſtruum ac diſſoluens, quod proprietates eius ac virtutes vitales, vegetanteſque locupletat & exacuit.*

14. 🜖 ⊖ *is rubrum.*

℞. Sal fuſum +o ſufficienter impregnatum, miſce cum ſilicibus groſsè contuſis & deſtilla ex 🝭 per ∴m, prodibit primo Ω flauus, poſtea 🜖 rubrum.

N. *Impregnatio illa fit vt moris.*

*Nimirum:*

⊖ fuſo ſuperfunde 🜊, & abſtrahe per ∴m: iterum ſuperfunde nouum 🜊 & rurſum abſtrahe, hoc toties repetendo, donec materia optimè ſit putrefacta & nigra.

## *IV. EXTRACTIO:*

*Vnde*

*Tinctura Salis.*

℞. Salis calcinati q. v. ſolue in ▽ ſtill. & coagula, idque repete tantiſper, donec Sal purum ſine fecibus dulce reddatur.

*Hinc*

℞. Huius p. ij. O vſti part. 1. deſtilla △e nudo paulatim, donec Ω omnes propulſi ſint, Ωm hunc recti-

fica

fica vicibus aliquot ( 4. ) Dein ex ☿ Sal cum ▽ deſtillata elicito, idque optimè ſolutionibus ac coagulationibus purificatum, calcina in phiola ad rubedinem, ( fit ſpacio ⊠. ) Huic demum ſuperfunde ♎m priorem, digere & elicies Tincturam rubicundam, quæ nec recuſat per ♌m propelli.

*Vires. Sudorificum ac diureticum eſt inſigne, tartareas mucilagines incidit, putredini omnigenæ reſiſtit, corroborat itaque Balſamum natiuum, adeoque vſus præcipui eſt in peſte, febribus, hydrope, calculo, (atterit nimirum,) obſtructione Epatis, Lienis, &c. Quinimo & ſanguinem mundificat, vnde maximè prodeſt in cutis pruritu, doloribus arthriticis, & ſimil.*

*Doſis* ℈j. *ad* ʒj.

---

## C A P. XXII.

### *De Sale foſſili, ſeu Sale Gemmæ & Indo.*

SAl Gemmæ ſalis communis genus eſt, quod in fodinis lapidum frangitur, ſpecieque Cryſtallorum ſplendens eruitur, vnde gemmeum, à gemmis ob colorem nuncupatur, dicitur alias Sal foſſile. Germ. *Steinſaltz.*

Vires. *Hoc etſi eaſdem vires cum ſale communi obtineat, ſubſtituique eidem queat, rarioris tamen vſus eſt in praxi Medica; crebrioris in Chymica, vbi in ſolutionibus Metallorum Sali communi antecellit. Commendatur tamen peculiariter Foreſti experientia ad ſtercora dura eliquanda, adeoque ad colica tormina arcenda intus & extus l.* 21.5.

PRÆPARATA.

Omnes præparationes ſubire aptum eſt, quas ⊖. Attamen præcipua quæ ex illo in vſum veniunt,

*Sunt*

1. *Spiritus Salis gemmæ, Spiritus* ♉ *fuſibilis* ☿ *talis.*

Fit eodem modo, quo ♎ ⊖is. Nimirum, ♉ miſcetur cum triplo argillæ vel ſabuli, &c. ♋aturque per ♌m igne nudo.

2. *Balſamus Salis gemmæ, ſeu Liquor.*

℞. ♉ ℔.ij. fluat ad △, & poſtea ſoluatur in ▽ pluu. deſtill. Filtretur coaguleturque. Has operationes liquefactionis, ſcil. ſolutionis, filtrationis & coagulationis tantiſper repete, donec ♉ ad ſummam ſubtilitatem fuerit perductum, quod inde cognoſcitur, quando eius particula ad candelam admota, ſtatim liqueſcit.

Vires. *Arcanum ſummum eſt in rupturis, intus & extus adhibitum.*

*Intra corpus dantur quotidie guttæ aliquot (3.4.5.) cum Extract. conſolidæ.*

*Extus fiat illitus, Hartm. in pract.*

N. *Mentio quoque apud veteres fit Salis Indi, de quo ambigitur, quid propriè ſit. Sunt nimirum, qui contendunt non eſſe Salis genus, ſed Saccharum, ſalis nomine inſignitum ( ob ſimilitudinem quàm cum ſale habeat. ) Verum enim verò rectius ſentire videntur, qui id peculiare*

*culiare genus ſalis foſſilis faciunt, eiuſque loco, cum raro vel nunquam in noſtras regiones tranſportetur, Sal gemmeum recipiunt. E.gr. in Pelulis de Lapide Lazuli, & ſimil.*

---

## CAP. XXIII.

### *De Sale Nitri.*

SAl Nitrum eſt Sal Sulphureum, ſeu φλόγιστον, ſalſo-amarum ex terra pingui excoctum.

N. *Etſi præter Nitrum antiquorum quod planè nobis incognitum eſt, triplex dari poſſit. Nimirum 1. Quod ex terra extrahitur. 2. Quod muris lapideis adhæreſcit. Et 3. quod ſcopulis ſeu rupibus adnaſcitur: Attamen Officinis noſtris, non niſi vnicum vſitatum eſt. Primum videlicet, idque excoquitur ex terris deſertis ac pinguibus, ſiue pinguedo illa à terræ Archæo ſit immiſſa, ſiue aliunde introducta. Introducitur enim e.g. vrinis atque excrementis animalium ac columbarum.*

Chymicis dicitur Gerberus Chymicus, Sal infernalis, Sal ♃reus, Hermes, Baurach, Algali, Sal Anderonæ, Anatron, Cabalatar, &c. Baſilio, Serpens terrenus, German. *Salpeter, Salniter.*

Eligendum nitrum eſt cryſtallinum, purum. Tanto autem purius cenſetur, quanto minus ſalis communis particeps fuerit, participationem hanc experiri licet φλογώσι.

*Nimirum:*

Mitte ſal nitrũ in carbonem ignitum, ſi omne auolauerit, purum iudicatur, & è contra, ſin aliquid remanſerit, quantum remanſit, tantum de ſale communi participare æſtimatur.

Vires. *De Nitri qualitatibus primis haut parum controuertitur: Sunt enim qui calidum, ſunt & qui frigidum id æſtiment.*

*Cæteras Nitri vires quod attinet, vim habet putredini reſiſtendi, ſitim ac æſtum compeſcendi, Tartaream ſaburram incidendi, coagulatos ſanguinis grumos reſoluendi, dolores mitigandi, (id quod præcipuè lapidi Prunellæ adſcribitur.)*

Hinc

*Vſus eius tam internus, quam externus vulgatiſſimus eſt.*

*Internè ſoluitur in potulentis ac præcipuè in ▽ fontan. (℥j.vel ʒiß.in menſur.1.) exhibeturque in febribus ardentibus epatis ac meſaræi.*

N. *Vbi aluus nimis laxa fuerit, vel ventriculus debilis, eius vſus non ita proficuus eſt.*

*Externè communiſſimus eius vſus eſt in inflammatione faucium & angina (vbi in gargariſmis ſolui ſolet.1.) in topicis anodynis ac refrigerantibus, vbi præcipuè ſoluitur in liquore appropriato & imponitur cum linteo: in combuſtionibus, vbi ſimili modo applicatur.*

*Doſis eadem quæ lapidis Prunellæ.*

PRÆPARATIONES.

*Præcipuæ ſunt.*

1. Purificatio. 2. Calcinatio ac Fixatio. 3. Deſtillatio. 4. Extractio.

*PVRIFI*

*PVRIFICATIO.*
*Vnde*
*Nitrum Cryſtalliſatum , ſeu Cryſtalli Nitri.*

Nitrum cryſtalliſatum quando ſimpliciter præſcribitur, nihil aliud intelligi ſolet, quam Nitrum ſine calcinatione, ſola ſolutione ac cryſtalliſatione purificatum. Soluitur autem in 🜄 communi, cryſtalliſatúrque ſ.a. vt moris.

*Depuratio ſal Nitrum.*

Præter eam quæ a Keſlero art. 61. centur. 1. deſcribitur, fit quoque, ſi ℔. xv. 🜕 in menſur. vnâ aq. comm. ſoluas in cacabo æneo ſuper 🜂 lignorum per dimidiam horam, ſi probè ſolutum eſt, remoue ab 🜂, & ſenſim per vices inſtilla ℥ iv. aut circiter 🜊, tege cacabum pluribus linteis, & ſine concreſcere in diem alteram.

*Ex S. Cloſſ.*

*II. CALCINATIO.*
*Vnde*
1. *Lapis Prunellæ, Nitrum tabulatum, ſeu præparatum, fixum, anodynum ſeu cryſtallum minerale.*

℞. 🜕. puri q.v. fundatur in 🜊bulo ſuperinice aliquid 🜍 puri (melius eſt flor. 🜍.) quod vbi deflagrauerit iterum aliquid 🜍is immitte, idque repete, donec ſuper 🜕 ℥j. inieceris ʒß. ad ʒj. & 🜕 planè purum fiat, tum effunde; & hic eſt lapis prunellæ vulgaris.

Nitrum hoc modo præparatum ſi qua impuritates contraxit, purificari poteſt ſolutione & cryſtalliſatione, vt ſupra dictum.

N. *Præſtat* 🜄*m roſarum pro ſoluente adhibere.*

Vires. *Vires ac Doſis eadem quæ Nitri, imo quæ ſupra de Nitro dicta ſunt, de lapide hoc prunellæ potiſſimum intelligi debent.*

N. *Doſis, Hartman practic. miſcet huius* 🜕*i præparati* ℥j. *cum menſur.* 1. *Liquoris, ſeu* 🜄*æ pro potu febricitantium. Ego vix* ℈iv. *tranſcendo, nimirum aliquantulum, debilitat ventriculum, vnde & alui fluxus concitare nonnunquam ſolet, aliàs à* ʒß. *ad* ʒj. *propinari ſine noxa poteſt, præcipuè autem cum Sacchаro, quo amaror mitigatur. vide Sennert. Inſtitut. Beguin. lib.* 2. *cap.* 12. *Quercetan. in Pharmacop. reſt. & Alexicac. &c.*

2. *Nimirum fixum, aliud.*

℞. 🜕 pur. ℔. iij. ♆ ℔. iv. M. & cementa 8 5. vel 6. dein extrahe 🜕 affundendo 🜄m calidam, filtrando & filtraturam inſpiſſando.

N. *Prima Cryſtalliſatio* 🜕 *optima cenſenda eſt, continet enim nitrum purius & magis inflammabile, ſecunda, quæ fit per euaporationem eiuſdem aquæ vſque ad medias, minus ſyncera eſt, &* 🜔 *fixi particeps.*

3. *Aliter.*

℞. 🜕 q.v. affunde ♌um ⊡æ, deſtillaque ſenſim. tandem adde 🜄m auctiorem vt fluat; Labores hos repete aliquoties, (5. ad minimum,) ſemper nouum ♌m affundendo.

N. 1. *Alij pro* ♌*u* ⊡*æ ſubſtituunt* ♌*m* 🜍*ris.*

N. 2. *Nonnulli Nitrum læuigatum impaſtant cum albumine oui, exiccantque ad* 🜂*m, tandem augent* 🜂*m vt Nitrum fluat: hinc effundunt.*

Vires. *Metalla reddit malleabilia.*

4. *Cryſtallum minerale ſaccharatum.*

Fit, ſi Cryſtallo minerali in 🜄 roſarum ſoluto Sacchari ana miſceatur, idque fit propterea ne ſcil vrinoſus ſapor moleſtiam pariat. *Fel. VVirtzius*

4. *Chirurg.c.4. pro arcano habet in hamorrhagia vulnerum.*

5. *Nitrum perlatum.*

℞. 🜕i 🜊 ſolut. part. iij. vel iv. ſal perlar. itidem in 🜊 ſolut. p. ij. vel ana coniunge, coagulaque euaporando, ac repone in frigido loco ad cryſtalliſandum.

Vſus. *Egregium eſt cordiale & mitigat ſimul æſtum febrilem.*

6. *Nitrum corollatum.*

Fit eodem modo ex ſale ſcil. corallorum & 🜕 an.

Vires. *Vſus idem eſt cum priori in febribus & virium reſtauratione.*

7. *Nitrum ſaturniſatum.*

Fit eodem modo, nimirum, ex Saccharo ♄i & 🜕 puro, ſeu lapide prunellæ.

Vires. *Confert aſthmaticis.*

*Doſis g.6. vel 7. in 🜄 aliqua conuenienti.*

N. *Si cuipiam lubet nitrum vel lapidem Prunellæ tingere, ſoluat tincturam roſarum, violarum, ſantali ſt. Tunica, & ſim. in appropriata aqua, in qua nitrum ſit ſolutum, reponaturque ad cryſtalliſationem: Eodem modo & Saccharatum cryſtallinum tingi poteſt.*

*Cryſtalli 🜕 ſiue Draco fortificatus.*

Digere nitrum depuratiſſimum in ♌u 🜕; vt illius ſoluat quantum poterit, abſtrahe, egredietur phlegma, alium ♌um ſuffunde, digere, ☊a, donec tam acer exeat, vti affuſus fuit, tùm ſatis Draconem imprægnaſti, liquorem in ☋ reſidem pone in cella vt lapilleſcat, hos lapillos in aqua ſolue & denuò in Cryſtallos coge.

*Ex commun. S Cloſſ.*

Vires. ♀ *eas materias expellunt hi cryſtalli, ſudores, ſedes & Vrinas mouent.*

*Doſis ℈j. in aqu. appropr.*

*Terra foliata 🜕 S. Cloſſ.*

Candefac 🜕 in + & per vices iniice carbonem viuum, vt 🜕 inardeſcat, continuat donec flagrare deſinat, quod reſtitat ſoluatur in 🜊, filtretur, coaguletur, idque ter cum nouo 🜊 repetatur. Tandem ſoluatur in 🜅, qui poſtmodum ☊etur. In fundo erit Terra Talcoſa nitri fuſilis inſtar ceræ.

Vires. *Obſtructum Meſenterium & lienem liberat, ſuauiterque repurgat extractis Rhabarb. & ſenæ commodè additur ad virtutes eorum augendas.*

*Doſis ʒß in dicto radic. aperitiuarum.*

*Nitrum 🜕tum, ſeu Sal dulcis Holſatib. Panacæa duplicata.*

*Arcanum duplicatum.*

Nihil eſt aliud quam 🜔 ex ♁ 🜅 (ex 🜕 & 🜕 an.) extractum, crebriſque ſolutionib. & coagulationibus ita depuratum, vt candidiſſimum exiſtat. Hæc ſublimiſſimè puluériſatum, & cucurbitæ lutatæ impoſitum, calcinatur ita vt liquefiat. Melioris liquefactionis ergo aliquota pars 🜕i additur,

N. 1. *Laborem hunc interdum 2. & 3. vice repetere conuenit.*

N. 2. *Si vice tertia repetitio iteranda ſit, expedit prius materia ſolutione ac coagulatione à fecibus depurare.*

N. 3. *Alij liquefactionis ergo ℞. Lap. Prunellæ p. 1. ad 🜔is illius p. 2.*

*Communicata mihi fuit hæc deſcriptio diuerſis è locis, & præ aliis ex illuſtr. aula Holſatiæ. Gottorp. vnde & nomen illis in locis obtinuit.*

Vires. *De viribus ita ad me Cl. D. D. Ioel Langelot ſcribit: Mille experimentis ſalis huius efficaciam Aula noſtrá*

ſtra comprobauit in *Melancholicis* affectibus, febrib quibuſcunque continuis in intermitentibus, calculo, ſcorbuto, &c. Quin & ſomnum conciliaſſe, præſertim in *Melancholicis* non ſemel notauimus.

*Doſ. à ℈j. ad ℈ij. Conſtitit illuſtriſſ. noſtro deſcriptio quingentis imperialibus. Libras aliquot quotannis abſumimus. Mynſichtus hic accepit, qui illud ſub nomine Arcani duplicati venditat.*

*Ad ſalis illius part. 7. Calcis ☉ rite preparatæ p. 1. addimus.*

*Sal cachecticum Chalibeatum.*

℞. 🜔is illius puri (ex 🜖 🜅) p. ij.
Sal comm. prunellæ. p. 1.

1. Fluat ſal comm. prunellæ in †bulo, hinc ſuperiniice animam ♂is ſiue illa liquida ſit, ſiue in forma pulueris) ſic rubeſcet. Si ſatis imprægnatum ac rubeũ videatur, conterendo admiſce 🜖 illud ſal cõmuni, fiatque pulu is ſubtiliſſimus. *Hunc inde* cucurbitæ vitreæ, da 🜄 arenæ gradatim, tandemque fluat inſtar aquæ (quo diutius, eò melius.) Denique fracto vitro exime lapidem rubicundum.

Vires ac Vſus: *Summè conducit (vt & Sal Holſatiæ) in appetitu proſtrato, cachexia, febribus, nephritide, catarrhis, ſcorbuto, lue gall. contractura, paralyſi, & vbicunque ſanguinis emẽdatione opus eſt; Somnũ inducit. & alia præſtat quãplurima, idque vt plurimum inſenſibili tranſpiratione, nonnunquam ſudore ſine moleſtia, aliis blandum mouet vomitum, ſed raro, aliis leniter aluum ciet.*

*Doſ. à g. 6. ad ʒi. in liquore appropr. Ex commun. Amici Hamburg.*

### *III. SVBLIMATIO.*

*Vnde*

*Flores ſal nitri.*

℞. 🜕i, 🜔is, an. ℔. 1. fluant. Hinc ſuperiniice carbones ignitas ac ſuperimpone fictile in verſum rite adaptabile. Sic exurgunt flores in futile ſuperius ſuperius panno madido ob ducendum. Candidos illos flores pennula abſterge & ſerua. Facile liqueſcunt in aqua.

Vires. *Efficax eſt medecina in febri tertiana, aliiſque æſtibus. Ioel Langel.*

N. 1. *Butyrum candidum purgatiuum ex liquore* 🜕 *& ſalis* 🜿 *vide in Myrothec, Fabri p. 330.*

N. 2. *Arcanum* 🜕 *per calcinat. ʒ.* ♂ *cum* 🜿*ro & ſolutionem cum* 🜄*, additis ſpiritu cinnamomi &c, vide in Deo dato p. 177. 178.*

### *IV. DESTILLATIO.*

*Vnde*

*1. Spiritus Nitri.*

🝐 🜕 eodem modo rectiſſimè paratur, quo 🝐 🜔is, nimirum 🜔, cum triplo aut, quadruplo boli, argillæuè ſiccæ, cum vel ſine formatione globulorum miſcetur, perque retortam deſtillatur.

N. *Loco argillæ recipi poteſt* ∴.

*2. Modus alius.*

℞. 🝭m in ſuperiore ventris capacitate tubulatam ] præſtat habere ferream, ]. pone in fornacem vt tubulus emineat receptaculo adaptato capaciſſimo exactè 🝭æ annexo. Hinc candefac 🝭m ac iniice 🜕 per vices, tubulumque ſtatim obtura. Sic 🝐 in receptaculum irruet, ac ſubſidebit.

N. 1. *Subſidentia hæc felicius ac celerius fiet ſi receptaculo* 🜄 *infundatur, vel linteum frigida humectatum imponatur.*

N. 2. *Si quis floros in deſtillatione eleuatos ſeorſim colligere velit, habere creditur quo ☿ium figere poſſit.*

*Vide & Cryſtallos ⊖ dulces.*

Vires. *Reprimit ac ſedat efferueſcentiam 🜩 Salis microcoſmici, diſcutiendo ac reſoluendo malignos, crudos, nitroſos, tartareoſque vapores: viſcera, reſerat, calorem p. n. infringit, mouet inſuper & ſudorem, vnde vſus eius inſignis in colica, pleuriſi, prunella, febribus aliis, præcipuè malignis.*

*Doſis* ℈j, ad ℈ij. *&c.*

Vſus eius tùm internus, tùm externus eſſe poteſt, v. g. in gargariſmis & ſimil. In colica miſcetur cum an. 🜄 vt fiat mixtura ℈ij. ad ʒj. quæ in hauſtu 🜄æ fontanæ exhibetur: Illini quoque poteſt vmbilico cum 🝆o Nuciſtæ ac tantillo Zibettæ.

3. *Alius modus Keſleri.*

℞. Alumini vſti & ⦶, á M. ac deſtilla per 🝭m 1. *cent.* 56.

4. *Alius eiuſdem cum* 🜍.

℞. Sal nitrum puri q. pl. impone 🝭æ tubulatæ cum receptaculo capaciſſ. aliquota parte 🜄æ adimpleto, da 🜂m vt fluat Sal nitro, poſtea fluenti ſuperiniice per tubulum parum 🜍is puri, claudeque orificium, &c. hanc coniectionem 🜍ris repete, donec ſal nitrum conſumptum ſit, ſic prodibit liquor ſeu 🜩 ⦶, inſtar butyri ħij: 🜩m hunc ⦶, dephlegma, ac rectifica, &c. Materia in 🝭 relicta ſuppeditat ⦶ fixum.

5. *Spiritus ſal Nitri Bezoardici.*

Eſt 🜩 ſal Nitri in præparatione Bezoardici mineralis butyro affuſus, ac iterum deſtillatione in 🝪 abſtractus.

N. *Hic ſi celeriter vrgeatur, extillat rubicundus commodumque menſtruum præbet ⊙ ſoluendo ac volatiliſando. Vide de* ⊙.

6. *Aquæ cauſticæ, ſeu aquæ fortes.*

Aquarum fortium vt & regiarum (quas dicunt) magna paſſim eſt varietas. Fiunt pro diuerſitate ſcoporum è ſalibus mineralibus, ad ſcopum facientibus, 🜖, ⦶, ✳, ⊖, & ſimil. Nos breuitatis ſtudio vnica ac altera deſcriptione contenti remittimus tyrones ad Authores fusè de his tractantes, vt ſunt. *Beguin. lib. 1. c. 3. Sennert. Inſt. lib. 5. part. 3. ſect. 2. c. 6. Libau. l. 2. Alchym. tr. 2. c. 27. &c.*

7. *Aqua fortis communis.*

℞. 🜖i exiccati, ℔. ij.
⊖ ℔. j.
Tere ſimul & miſce.

Deſtilla per 🝭m loricatam, 🜂e aperto per gradus: eſt operatio horarum 12.

N. *Geber. Lib. Inuent. cap. vltimo, addit &* ℔ß. *O. deſtillatque: in deſtillata hac* 🜅. *ſoluit* ℔. ß. ✳. *ad* 🜆 *acquirendam.*

Vires. *Soluit* ☾ *&* ♀.

8. *Aqua Regia, Stygia, Chryſulcæ Baſilij.*

℞. Sal Nitrum part. ij.
✳ part. ij.
Silic. contuſ. p. iij. circiter.

Deſtilla per 🝭m ignitam tubulatam, *vide in* ♄. *deſtillationem* 🜄*æ ſtimm.* ♀*reæ.*

Vires. *Soluit* ⊙ *eumque per* 🜆 *ſecum tranſportat. Baſil. in Clauib. Tentzel.*

N. *Vſitatiſſimus facillimuſque modus deſtillandi modernis eſt per cacabum ſeu ollam ferream, cui ceu alembico terreum imponunt capitellum cum roſtro, deſtillantque igne aperto in receptaculum capaciſſimum.*

9. *Eadem*

*9. Eadem* 🜄F, *alio modo deſtillata.*

℞. ⦶i per ſe q. v. & cum tribus partibus ſilicum contuſorum miſce, deſtillaque igne libero per ♉m. Sic habes ▽m nitri: poſtea habeas ⊣E è quibus per ▽m calidam extractum ſit ſal, vt omnis acredo lixiuij auferatur, hos ⊣E miſce cum ✳, ſit autem ✳ tantum, quantum antea erat ⊖. deſtillaque △ libero per ♉m. Sic habebis ℟.

N. *Si velis rurſum ex B. vel* ⊣E*ibus per alembic*[illegible]*nem deſtillare, ſit clarior & lucidior. Tentzel.*

*IV. EXTRACTIO.*

*Vnde*

*Linctura nitri.*

Tinctura ⊖ ad eundem fieri poteſt modum quo ⊖ is.

Vires. *Inſigne eſt corroboratiuum, diaphoreticum.*

---

## CAP. XXIV.

### *De Alumine.*

ALuminis genera vſitatoria Officinæ quinque nobis exhibent.

1. Rupeum] Gallis *Allun de Roche.*] 2. *Plumeum* ſeu plumoſum; videatur Amiantus. 3. *Sciſſile*, [quod glebarum inſtar eſt & plumoſum oblongum vocatur.] 4. Zuccarinum ſiue Saccharinum (ex O rupeo, albumine ouorum & aqua roſacea.) 5. Alumen catinum.

Verum vt in omnibus locis vbi Aluminis ſimpliciter mentio fit, ita & in his noſtris præparationibus, rupeum recipere fas eſt: quod nihil aliud ſcilicet eſt, quam ſalſugo terræ mineralis naturæ ſaturninæ, conſtans ex ſpiritu acido ac ſale terreſtri cauſtico.

Triplicis autem id originis eſt vel enim 1. per ſe in vinis ſuis inuenitur, vel 2. ex ▽is mineralibus excoquitur, vel 3. ex terra & lapidibus aliiſuè mineralibus extrahitur.

Dicitur autem Rupeum, quia ex Rupe ſeu ſaxis confici ſolet. Item, Glaciale, quia glaciei conforme eſt Græcè *στυπτηρία.* Arabicè Sceb ſ. Seb. Germ. *Alaun.*

N. 1. *Mentio apud Dioſcorid. fit quoque Aluminis rotundi & liquidi, verum cum noſtratibus minimè ea vſitata ſint, omiſimus: nec audiendi ſunt, qui liquidum Alumen faciunt materiam aluminis rupei. Vide Matthiol.*

N. 2. *Alumen catinum, propriè aluminis genus non eſt, ſed Sal ex* ⊣E*bus lignorum quorundam extractum, optimeque reuerberatum. Germannicè VVeid. Aſche. Huc referri poteſt & Alumen fecum, quod paratur ex fecibus vini vſtis & albefactis.*

N. 3. *Modum alumen rupeum conficiendi, ſi quis ſcire cupit, conſulat Matthiol. Libau. in Alchym. &c.*

Vires. *Exiccat, abſtringit, incraſſat, &c.*

Vſus. *O crudi præcipuus externus eſt, [quãuis ab Empiricis & internè pro febrifugo exhiberi ſoleat,] ac inprimis in angina & columella laxata, putredine gingiuarũ, tumorib⁹ pedũ ædematoſis, &c*

N. *Sunt, qui in dyſenteria O exhibent.*

### *PRÆPARATIONES & PRÆPARATA*

1. Cryſtalliſatio ſeu Purificatio, 2. Calcinatio ſeu Vſtio. 3. Salificatio. 4. Deſtillatio, 5. Subtiliſatio.

### *I. PVRIFICATIO ſeu CRYSTALLISATIO.*

Aluminis purificatio fit more vulgari, ſcil. ſoluendo, in ∇ pluu. calida, euaporandoque, donec cuticula in ſuperficie appareat; hinc reponitur ad cryſtalliſandum.

N. *Hanc purificationem ſi bis terue repetiueris, miteſcit acerbitas O.*

N. 2. *Libauius ſoluit in* 🝪*, proceditque dicto modo, verum qui hac ratione O, purum nanciſci ſperat, fallitur, quippe Sal* 🝪*æ Omni ſeſe immiſcuit.*

### *II. CALCINATIO ſeu VSTIO.*

Vſtio aluminis quoque tonſoribus notiſſima eſt.

*Nimirum:*

O coquitur ad △m, vt phlegma & ⌒ exhalent, terraque mollis poroſa remaneat.

N. *Hæc terra idem eſt cum* 🝎 *ex* ♉ *atione* ⌒ *reſiduo.*

Vires. *Vſitatiſſimum eſt Alumen vſtum in vulnerum excreſcentiis carnoſis conſumendis, in putredine arcenda, &c.*

### *III. SALIFICATIO:*

℞. O vſtum, [vel 🝎 aluminis,] coque in ∇, traiice per chartam; filtratura euaporet & habebis Sal fixum Ominis.

### *IV. DESTILLATIO.*

*Vnde*

1. *Phlegma ac Spiritus.*

℞. O, puri q.v. deſtilla per 🝭m in ∴ ac elicieis initio l. △ phlegma. Igne poſtea fortiori, ⌒ prodibit albiſſimus.

2. ⌒ *dulcis* O.

℞. ⌒O, rectifica aliquoties cum 🜅 & dulcis atque iucundus euadit.

Vires. *Vſus eius internus diureticus eſt, pellit calculum, obſtructiones Lienis aperit, æſtus in febribus compeſcit.*

*Externus eius vſus admodum proficuus eſt, in vitiis oris, inflammationibus nimirum, Aphthis, & ſim. curandis.*

*Doſis g. 4. vel 5. in vino vel alio liquore conueniente.*

*Phlegma adhibetur ad vulnera mundificanda, adſtringenda, &c.*

3. *Magiſterium, ſeu* 🜿 *Ois Magiſteriatus.*

℞. O. puri q.v. impone in vitrum, aſperge aquam & repone vt diſſoluatur.

Liquorem filtratura depuratum deſtilla in ♄ibus, ex cucurbita humili ad ſiccitatem: ſolue denuo, modo quo dictum, in liquorem, & deſtilla. Eouſque ſolutionem & 🜿ationem repete, donec tota O ſubſtantia per ⚹ tranſcenderit.

Vſus. *Stypticum eſt nobile, quod vix cedit Eſſentiæ ferri, boli, ſpermolæ, &c.*

4. *Saccharum* O.

℞. O purificati q. v. deſtilla vt eliciatur phlegma, quod affunde iterum 🝎, & poſtquam ☍ 24. ſteterint, denuo abſtrahe, idque vicibus aliquot (5. vel 6.) tandem phlegmate reſeruato,

reſeruato, ſolue ☿ per d. Liquor digeratur ♂ (12.) coaguleturque in ∴ ad ſiccitatem: ſic præparatum Saccharum O.

Vires. *Celebratur in pectoris morbis præſertim ex minerarum halitu contractis, qualibus Metallurgi frequenter affliguntur; Odontalgiam ſedat, gingiuæ impoſitum.*

*Doſis à gr. 5. ad 8.*

*V. EXTRACTIO.*

*Vnde*

*Extractum Aluminis.*

*aliàs*

*Magiſterium.*

℞. O crud. ℔. (VI) coquatur in fictili amplo, vt euaporet phlegma. Tandem calcina vt penitus candeſcat. Hinc iniiciatur in ✕ O illud candens; Sic extrahet ✕ Eſſentiam ſeu Magiſteriũ reſidente terra alba (quæ aqua feruenti abluenda & ſeruanda) ✕ illud impraegnatum filtra, & abſtrahe in MB ad mellis conſiſtentiam. Tunc exponatur frigido ad cryſtalliſandum. Cryſtallos exime & ſicca pro vſu.

N. *Cryſtalli tingi poſſunt rob ſambuci pro libitu.*

Vires. *Sudorem mouent, conueniuntque in ſcorbuto (ſingulis ſeptimanis ſemel aciterum pro ſudore exhibiti. (In febrib. tertianis (ante paroxiſmum aliquot vicibus iterato aſſumpti.)*

*Doſis à g. 8. ad 20.*

*Ex communicatione Amici Hamburg.*

---

## CAP. XXV.

*De Sale Ammoniaco.*

SAl ✱ natiuum à maioribus deſcriptum, ſub arenis Lybicis concreſcebat. Verum noſtratibus non niſi artificiale cognitum eſt. Quod nihil aliud eſt, quam ſal amarum factitium compoſitum, volatile, coctum ex ∴, ſale fuliginis, ⊖ commun. vel ♉, & ſimil. *Vide ſi placet modos conficiendi, apud Libau. in Alchym. & hinc apud Vntzer. in tr. de Sale.*

Dicitur & Sal armoniacum, Sal ſolare, Aquila cœleſtis, alba ☿ialis fuligo, Sal ☿ialis philoſophorum, Lapis Adir. Audix. Anacab. Alacab. Aliocab. Allocaph. Alcob. Alfol. Alfatide. Alinziadir. Aliſtiles. Alumonodig. Amizadir. Anoxadic. Azanec. Butrum. Hiſazium. Lixandram. Miſadis. Neſtudar. Nuſiadal. Nylæ. Obac. Raal. Salmiax. Turſies. German. *Salmiar.*

Eligatur candidum ac purum, vel niſi ſatis nitidum fuerit, purificari poteſt. Præſtantius habetur ✱ Venetianum & Antuerpianum, ex quibus tamen poſterius priori cedit.

Vires. *Internè vim habet diaphoreticam, præcipuè in febribus, maximè in febri quartana, reſiſtit putredini, &c.*

*Doſis ad ℈ß.*

*Externè adhibetur in Gangrana carne putrida abſumenda, in Angina curanda (in Gargariſmis.) Quinimo Barbitonſores aquam ſuam cœruleam, inde conficiunt ad albuginem oculorum tollendam.*

*Nimirum:*

✳o in pelui ænea ▽m affundunt additoque modico 🜿 ſimul optimè agitant. *Vide l.2.c.49.*

PRÆPAR.

1. Purificatio, vnde ✳ Cryſtalliſatum 2. Calcinatio. 3. Sublimatio; vnde Flores. 4. *Deſtillatio*. 5. Liquatio.

## I. CRYSTALLISATIO.

✳ cryſtalliſatum, nihil aliud eſt, quam ✳ modo vulgari purificatum, i.e. in ▽ ſolutum, & poſt euaporationem aliquotam cryſtalliſatum; ideoque vſus eius cum priori idem eſt.

## II. SVBLIMATIO.

*Flores* ✳.

℞. ✳ trit. limaturæ chalyb ã q.v. mixta diligenter ex cucurbita in ⁂ ſublima; ſic relictis in fundo fecibus aſcendit ✳ purum, aliquota portiuncula ♂is impregnatum.

℞ ✳ huius, ⊖ fuſi ã M. ſublimaque denuo, ſublimationem de nouo ſepties repete, ſemper 🝎 reiiciendo & parem ⊖ is fuſi quantitatem ſingulis vicibus admiſcendo.

Nonnuulli contenti ſunt poſterioribus ſaltem ſublimationibus (ſc. cum ⊖ citra ♂ peractis) ✳ depuraſſe. Verum quia ♂ vim aperitiuam ✳ inſigniter acuit, operæ precium erit, nec priorem illam ſublimationem intermittere.

Vires. *Flores hi vt operoſiores, ita & effectu præſtantiores cenſentur, quam ✳ ſola cryſtalliſatione purificatum, ideoque felicius illorum loco adhiberi poſſunt in quartana. Tollunt quoque perfecte cruditates ventriculi, ſi in vino abſynthiaco vel decocto ſaſſafras per aliquot ☌ continuos propinentur, ſudorque à ſumpto Medicamento procuretur.*

*Doſis g.3. vel 4 imò ad ℈ß. & vltra. Sennert. in Inſtitut. Hartmann. in practica, loco de crudit. ventriculi. Tentzel. in Exeg.*

N. *Si cum limaturâ ♂ fiat ♎atio, tunc arroditur ♂ à ſale, parumque admodum ſeſe ſublimat, ſi vero cum batiturâ ferri non tritâ, tunc fere ſal omne aſcendit colore ex flauo rubeſcente.*

## III. CALCINATIO & FIXATIO.

Figitur cum 🜿, ſi anaticè (vel 🜿 ⁚) cum eadem mixtum △e fortiſſimo ſubito adhibito, addito quoque folle fundatur, poſtmodumque aqua eluatur.

*Vſus eius præcipuus eſt, pro liquore inde conficiendo.*

## IV. DESTILLATIO.

*Vnde*

*Spiritus* ✳.

℞. ✳ p.1. Ⱶtum p.IV. M. atque deſtilla ex ⁂ per 🝭, ſic prodit 🝆 ✳. quem rectifica è cucurbita altiori.

2. *Aliter.*

Solue ✳ in ▽ calida, eaque potato lateres ignitos, vt ▽m illam ✳ coimprægnatam penitus imbibant. Hinc deſtilla per 🝭m igne arenæ, vel igne aperto.

3. *Aliter.*

℞. ✳ ſublimati q. v. aſperge 🜄 rectificat. vt humectetur, hinc digere vaſe clauſo in MB vt reſoluatur. Solutiones decanta, è cucurbita oblonga in MB ȣa ad dimidium: ▽ ȣ tam

rurſus

rurſus affunde & ʛa : tandem △ au-
ctiore omnes ſpiritus per XX propelle
& rectifica.

Vires. *Eſt diaphoreticus , inciſiuus, diureticus.*

*Doſis gr.3.*

*Ioh.Rhenan.Chymiotechn.l.1.*

4. *Aliter.*

℞. ✳ q.v. miſce cum argilla, ac exinde fac globulos , ʛlaque per ☊m vt moris eſt *Clar.Dn.D. Heluic. Dieterich.*

Vires. *Hic* ✳*i* Ω *affuſus ſolutionibus Metallicis cum* ▽F *factis , indique per* XX *abſtractus,ſecum alias corroſiuas aquas tranſportat. Idemque in* ♃*ana & obſtructionibus feliciſſimo cum ſucceſſu exhiberi poterit , ſoluit itidem calculum.*

*Doſis à g. 3. ad 6.vel 10.*

*Extrinſecus anaticè cum* ▽S *mixtus & plumaceolo loco dolenti podagrico aliquoties illitus, dolores ad miraculum reſtingit,præcipuè ſi in eo tantillum Camphoræ fuerit ſolutum. Sennert. Inſtitut. Hartm. prax.loc. de Arthrit. Tentzel. in Exeg.*

*Spiritus* ✳*i vrinoſus.*

In ✳co duplex Ωus reperibilis eſt,ſcilicet Spiritus Vrinæ & ⊖ communis; Ille facilè elicitur vel additis cineribus anaticâ proportione, aut calx viua,⊖ fixo ſale ⊡ .Modum vide pag. 159. ſecundæ partis Glauberi. Quem vero deſcribit idem author pag. 158. cum Lapide Calaminaris non ita feliciter ceſſit , fortè propter impuritatem Calaminæ, eſt enim vna alterâ longe melior Spiritus aureus eiuſdem naturæ cum ⊖ communi ſic prolicitur.

*Spiritus acidus* ✳*ci S. Cloſſ.*

Solue ✳ in aqu. comm. ita vt aliquid inſolutum reſtitet , hac ſolutione imbibe folia plura chartæ Emporeticæ in globulos ſiue pilas molles conformatæ , quas in cucurb. coniice & ex ⍓ vel reuerberio clauſo propelle ſpiritũ coloris aurei ſummè acidum, qui per rectificationem albeſcet.

Vires. *Spiritus hic eſt penetrans admodum & ſubtilis à commixtione ſalis volatilis* ⊡ *, vnde ſummè Diaphoreticus eſt & Colicam ſedat.*

*Doſis gutt.6.8.in vino.*

N.1.*Caue ne vehementiori* △ *charta comburatur , aliàs denigrabitur* Ω*us extillans cum putore vſtionis,ſit ergo* △ *gradualis.*

2.*Caue ne* ☿ Ω*tum addas , vt facit Querc.in Tetrade titulo de Panacæa* ♄*ij, ſic enim prodit vnà cum* Ω*u ſalium fuligo quædam* ☿*alis,à quâ(ſi detur hic* Ω*us intra corpus ) gula conſtringitur, cum ſignis inſtantis Conuulſionis,poſt abſolutam antem deſtillationem ſi detur* △ ♎*ationis,tunc combuſtâ papyro nanciſceris* ☿*um dulcem.*

*Spiritus alius fugaciſſ.* ✳*ci.*

℞.Calc.viu.q. v.inde Cucurbitæ in MB impoſitæ.Hinc affunde ✳ cum in ▽ diſſolutum , idque paulatim & per vices, alembicum ſemper reaptando. Quando omne ſuperfuſum fuerit, Receptaculo & Iuncturis probè munitis deſtilla lentiſſimo △ .Sic prodit quidem Spiritus aliquali phlegmate dilutus,ſed qui vnica rectificatione dein fugaciſſimus redditur.

*Vſus eius eſt in variis morbis. Vtimur tamen præcipue in morbis capitis: Epilepſia, Apoplexia , grauitate auditus,&c. In morbis vteri: Retentione menſium,difficultate conceptionis , ſingulari quodam inſtrumento eum applicando, cui ſi vola manus calens admouetur,ſtatim operatur. Ioel Langel.*

*V. LIQVATIO.*
*Vnde*
*Liquor ſeu Oleum ✳, per deliquium.*

℞. ✳ purif. q. v. impone albuminibus ouorum coctorum, ac repone vt ſoluatur per deliquiũ. *Keſler. 1. cap. 19.*

---

# CAP. XXVI.

## *De Vitriolo.*

VItriolum eſt Sal mineralem metallis proximum, ac præcipue Cupro, &c. Græcè Χάλκανθον, Arabicè Calcantum, Calcant', Alcalcadis. Latinè, Atramentum ſutorium, Vitriolum. German, *Vitriol. Rupffer-wasser.*

Varia ſunt eius genera, pro natura mineræ, quam in ſe continent, differentia. Præcipua autem quorum hoc tempore eſt exiſtimatio. Sunt 1. Cœruleum, Saphiri inſtar, compactum, vt Saccharum candum, tactu ſiccum, Hungaricum vocant, vel Cypreum. 2. Subuiride, herbacei coloris, magis granulatum, grumoſumque inſtar 🜔 commun. paulum vnctuoſum, manuique tangentis adhærens, quale Goſlarienſe, Suecicum, &c. 3. Album, in formam paruulorum panum effictum, tactu ſiccum.

Ex his itaque generibus, (niſi peculiariter monitus ſis) ſecundum elige, & ex hoc, quod plus de ♀ quam de ♂ participat, nimirum quod cultro affricatum rubeo colore inficit, cauendo tamen Vitriolum minutulum ſubcæruleum, pallidulum & aquoſum, manuſque tangentis madefaciens, quod paſſim venale proſtat.

Vires. *Vitrioli vſus tantopere fructuoſus exiſtit, vt Paracelſo (in naturalibus) ac Phædrom tertia pars Medicinæ habeatur, imò totam Officinam in eo latitare perhibet. Quercetanus in Tetrad. Galeno, calfacit, ſiccat, adſtringit vehementer, conſtipat, vomitum ciet, lumbricos fugat. Extrinſecus Errhinum exhibet naribus inditum.*

### PRÆPARATA.

*Sunt*

1. Purificatio. 2. Calcinatio 3. Deſtillatio. 4. Sublimatio. 5. Præcipitatio. 6. Salificatio. 7. Extractio.

### *I. PVRIFICATIO*

Purificatur 🜖 m à fecibus, tum ſuperficiariis, tum exactius inhærentibus: Illud fit ſola ſolutione, filtratione ac cryſtalliſatione: Hoc interueniente inſuper digeſtione.

*Hinc*

*1 Vitriolum album vomitiuum.*

Solue 🜖 m album in ▽, filtra & euapora, donec quaſi cruſta ſupernatans appareat, poſtea ponas in locum frigidum, & concreſcent cryſtalli, quos poſthabitis fecibus, quæ ſubſident, exime: ▽m iterum euaporare ſines, reponeſque vt antea. Hic labor penitus tertio reiteretur, coagulando ſcil. & diſſoluendo: vltimò ter eodem modo procedatur cum ▽ roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calorem lenem exiccati, redigantur in 🝗 erem album.

Vires.

Vires. *Eſt lene vomitiuum, operaturque feliciter in febribus. affectibus ventriculi, catarrhis, lumbricis, peſte, epilepſia, &c.*

*Doſis à ℈j. ad ʒj. in Vino, Iuſculo, vel alio Liquore.*

N. 1 ▽ *centaurij, vim emeticam maximè promouet. Croll. Beguin.*

N. 1. *Quatuor ſunt 🜖la vomitiua apud Chymicos ſeu Gillæ. Primum fit ex 🜖lo cæruleo diſſoluto & præcipitato cum Ol. 🜿, ſeparato ♀e, filtratur ſolutio & cogitur in cryſtallos. Hæc Gilla eſt omnium vehementiſſima & acris valdè. Altera fit ex 🜖 albo modo iam dicto, quæ ad tantam malitiam non accedit. 3. eſt 🜖 ♀is aut ♂ paratum ad mentem Crollij, illi ineſt dulcedo ſtyptica, præſertim ſi bis aut ter in phlegmate 🜖 reſoluatur & rurſus coaguletur, huic minor violentia ineſt. 4. Gilla eſt omnium innocentiſſima, pueruli vomitu indigentibus dicata, quæ fit ex 🜎 🜖li poſt extillationem ſpirituum & olei, diciturque Sal 🜖li, vide infra. Omnia hæc 🜖la intra quadrantem horæ vomitus excitant.*

2. *Vitriolum Hemmeticopurgans.*

℞ 🜖m Roman. [vel quoduis aliud ex tribus illis ſupra commemoratis,] q. v. puluериſatum in loco calido, radiiſuè ſolaribus in 🝐crem album exicca. Poſtea ſolue in ▽ centaur min. filtra, & in loco frigido ad cryſtalliſandũ repone: Cryſtallos exiccatos (ſeruato tamen colore cæruleo) ſerua in vitro probe occluſo.

Vires. *Purgat per vomitum & ſeceſſum. eximium exiſtens in febribus peſtilentibus Medicamentum.*

*Doſis à gr. 20. ad 31. & plur. In liquore vel ▽ appropriata, Sala de 🜖. Gluckrabt. in Beguin.*

*Purgatio defæcatoria.*

Solue 🜖m in ▽ vel rore maiali, [filtrato, vel quod melius, deſtill.] ſolutum cola, colatum colloca in digeſtionem, [per menſem] ſic ad ſuperficiem & fundum reiiciet feces, quas ſepara. Iterum ponatur in digeſtionem tamdiu, donec nullas feces amplius reiiciat.

*Inſeruit multis præparationibus.*

*Coagulum 🜖 S. Cloſſ.*

℞ Salis 🜖li in aqu. ſolut. filtratique, 🜿ri calcinati itidem in aq. reſolut. ana part. æq. Coniunge ambas ſolutiones & coagula in lac.

Vires. *Deſiccatum purgans præbet, non ita vomitiuum.*

*Doſ. à ʒß. ad ℈ij. & ʒj. in febribus. Intermitt. & ad educendam Melancholiam.*

*Sal vitrioli nitratum S. Cloſſ.*

℞. 🜖 & ⊖ perpurgati an. ℔j. M. colloca in ollâ △ ſuſtinente, operculo ſuo munita, inter prunas ardentes per 7. aut 8. horas. Quod reſtat materiæ bulliat in aq. communi ad diſſolutionem vſque, filtretur, euaporet ad cuticulam, tùm in frigido cryſtallos expecta vomitorios, quorum

*Doſis erit à ℈j. ad ℈ij. & ʒj. in Cachexiâ, hydrope, calculo ſuffocatione matricis, menſium retardatione.*

## *II. CALCINATIO.*

1. *Vitrioli calcinatio aperta, vnde Colchotar.*

℞. Vitrioli calcina, i, e coque & combure in vaſe terreo, donec omni humiditate priuata, rubeſcat.

N. *Vitriolum Calcinatione hac vltra dimidiam partem pondere imminuitur.*

2. *Calcinatio Vitrioli clauſa.*

Vitriolũ crebris ſolutionibus & coagulationibus

gulationibus optimè depuratum, lenique calore exiccatum, pone in Matracium firmum ſigillo Herm. munitum. Matracium hoc in ⊬E calidis colloca, qui ſolis æſtiui calorem non ſuperent: ſtet ita donec per flauedinem in rubedinem inſtar ſanguinis conuertatur. Labor eſt 20. δ ρ circiter. *Beguin.*

N. *🜖m rara ſtratificatione ſternendum eſt, ne ſtratum illud craſſitie cultelli in dorſo denſius ſit, [nicht dicker als ein Meſſerruck dicke,] plura ergo Matracia, niſi incaſſum laborare volueris, habere expedit.*

*Inſeruit variis præparationibus.*

### III. DESTILLATIO.
*Vnde*
*Deſtillata aquoſiora.*

1. *Ros 🜖i*

℞. 🜖m crudum, elice rorem calore MB feruentis cucurbita non adeo alta adhibita.

Vires. *Valet ad ardentes capitis dolores, mitigat ſanguinem aduſtum, corroborat viſcera Sala.*

*Doſis ℨij. continuatim, ad aliquos dies.*

2. *Aqua 🜖i ſecunda.*

Poſt extillationem roris transfer cucurbitam cum reſtante 🜖o ad ⁂m, & deſtilla, quoad ȝari poteſt.

Vires. *Conducit ad purgandos renes, lenit corroſiones internas, ⊡m & ſudorem proritat. Inflammationem plagarum corrodentium aliquantulum calefacta ſedat, lenit & mitigat dolorem, & ad conſolidationem confert; (infuſa gutta vna ac altera Ol. ⊔, vt mordacior (fiat,) ſcabiem ſiccam mundificat, & carnem ſolidiorem efficit. Sala.*

3. *Phlegma 🜖i acidum.*

℞. 🜖i cærul. q. v. deſtilla ex cinebus per XY cohobaque aliquoties, (7.) ſupra ♁, vltima vice fortius vrgendo.

N. *🜄a illa ſuauem acquirit odorem, ſi poſt vltimam ȝationem aliquandiu calore moderato circuletur.*

Vires. *Eſt arcanum ad capitis dolorem & epilepſiam Hartm. in Croll.*

4. *Spiritus 🜖i volatilis.*

℞. 🜖i defecat. & exiccati q. v. deſtilla gradatim per ♉m △ nudo, vt ſimul poſt phlegma ſubſequantur Ω, quantum fieri poteſt omnes. Liquori egreſſo adde part. ij. 🜄æ pluuialis deſtillat. & in MB noua deſtillatio inſtituatur; tunc ſubtiliſſimus Ω 🜖i cum 🜄 eleuatur, relicto acidiſſimo oleo in fundo.

N. 1. *Si volupe ſit Ωm 🜖i volatilem purum obtinere, aufer Excipulum, dum inſtrumenta adhuc calent, ſtatimque in MB aqua feruentis, probè adaptato alembico & recipiente paruo, cautè colloca. Videbis ſtatim volatilem Ωm in Excipulum tranſire, quem ſeorſim collectum, diligenter ſerua. Ex 6. vel 8. ℔ 🜖i vix ℨij. ad ſummum ℥ß. acquiri poteſt.*

N. 2. *Hæc eſt illa volatilis 🜖i quam Theophraſtus paſſim præcipuè autem part. 3. de morb. ament. tr. 2. commendat ad Epilepſiæ curationem. Hartmann. in Croll.*

Vires. *Ω ille 🜄a pluuiali immixtus ſumme penetrans eſt, & in febri Vngarica, aliiſque ardentibus febribus efficaciſſimè operari ſolet.*

Alij ȝationem hanc ex cucurbita loricata perficiunt, octies plus minus cohobando.

Alij ad nonum vſque Alembicum fortiſſimo △ pellunt, ſcil. alembico altero alteri exactè impoſito, vt in ſublimatione flor. ♉ ii fieri ſolet, qua ratione

ratione penetrantiſſimus elicitur 🜖i Ω, ad fugandam epilepſiam præſtantiſſimus. *Hartm. in Croll. Senn. Inſt. Tentzel.*

Alij addunt 🜖o optimè purificato 🜅m, vt fiat paſta; eliciuntque per 🝭m. 1. 🜄. 2. Vitrioli phlegma. 3. Ωm Vitrioli. Tandem ſeparant 🜅m in MB à Vitrioli phlegmate: & Ωm Vitrioli per 🝪 dephlegmant: vel phlegma cum Ωu ab oleo fixiori per ∴ proliciunt: poſtea in 🝪 dephlegmant. *Senn. Inſtit. Tentzel. vide & ſeq.*

5. *Spiritus volatilis* 🜖*li.*

Solutum 🜖lum in aq purâ coque in lebete ferreo per 2. aut 3. horas, adiecta ℥j. aut alterâ limat. ♂tis ad libras ſingulas ſoluti Vitrioli. Remoue ab △ & ochra limaturæ ſeſe implicabit poſt refrigerationem, id ter repete cum nouâ limat. ſingulis vicibus 🜄 ochream ſeparando. Cryſtallos vero Vitrioli reſtantes impone 🝭 lutatæ, dando △ per gradus. vſque dum vapores albi recipiens oppleant, tunc ceſſa, phlegma à ſpiritu acidulo per rectificationem in MB ſepara & ſerua. Sed parum habetur hac viâ. Quare Glauberum ſequor ſecundâ parte furnorum p. 95. verùm cum vaſa illius ſiue terrea ſiue ferrea, ſint poroſa, neque per ea tota ſpirituum & olei quantitas exhauriatur, ego poſt abſolutam impetuoſi phlegm. & Ωuum alborum ♌ationem ſubſiſtere ſoleo poſt 12. horas & quod Colchotaris ſupereſt coniicio in 🝭 vitream optimo luto inſtructam, admotoque eodem Recipiente phlegma & ſpiritus 1. exceptos continente, hoc opus ♌andis redintegro, aperto △ cum carbone terræ ſubtus & ſupra adminiſtrato, idque per 8. ☍ ad minus continuo, imò ſi ad XII. ☍ extendi poſſet melius foret, præſertim ſi Vitriolum optimæ notæ fuerit, quale eſt Vngaricum, tunc enim, (nec ferè prius) ſpiritibus ſuis volatilibus ac dulcedine ſuâ totaliter priuatur. Tandem ſeparatio ſpir. Volatilis ab Oleo dulci inſtituatur, vt vult Glauberus in ſecunda parte p. 10.

Vires. *Spiritus volatilis ibidem videre eſt. Olei dulcis virtutes plures quoque ſunt: Iecur & lienem egregiè deobſtruit, valet in febribus ardentibus, doſi maiore quæ ad* ℈, *extenditur (propter dulcedinem) in hauſtu cereuiſ. figit quoque* ☿*um in pulu. album fermè fixum.*

N. 1. *Si ritè operatus fueris, tunc ex* ℔. *xij.* 🜖 *Hungar.* ℔. *v. olei nanciſceris*

N. 2. *Sal Vitrioli ex hoc* 🝦 *beneficio phlegmatis elicitum pro vero ac genuino habendum eſt, reliqua ſalia, quæ poſt triduanam* ♌*ationem emunguntur, nil aliud ſunt, quàm Vitriolum reſolutum, nondum ſuis* Ω*bus acidis orbum ac priuũ. Poteſt tamen inde haberi Sal ſyncerũ, ſi* 🝦 *ad albedinẽ reuerberetur, & poſtea more communi extrahatur.*

N. 3. *Habes aliam Spiritus volatilis methodum in Helmontio ſub titulo Ignis* ♀*is, vnde Diaphor. Parac. paratur.*

6. *Spiritus Vitrioli, vulgari modo deſtillatus.*

℞. 🜖i ad rubedinem calcinati, (vel ex ♌atione roris & ▽æ ſecundæ reſidui) ℔. VI. vel q. v. deſtilla △e nudo ex 🝭 benè lutata, in Recipiens capaciſſimum, commiſſuris exactè clauſis, adhibitoque △ gradatim. Poſt tres ferè ☍as phlegma ſtillare incipit, quod tandem paulatim aucto △ circiter ☍ 6. vel 7. Ω albi nebuloſique ſubſequentur. His apparentibus continuandus erit △, paulatimque augendus, donec nulli amplius Ω egrediantur,

quod cognoſces, ſi Receptaculum pellucidum appareat. ♌m dephlegma in MB, donec guttæ acidæ exſtillare incipiant, poſtea rectifica eundem per ☊m vitream in ♄ere, ſic exibit ♌ clarus, in ☊ vero manet ☉ rubicundum & acre.

N. *Si citra iacturam aliquam ſpirituum (in calcinatione forte euaneſcentiũ) vt & citra corroſiui olei admixtionem, (quo alias vix ♌ planè liberari poterit,) deſtillationem expetis, procedere monet Dn. D. Brendelius (in Chymia ſua vbi & rationibus id inculcare conatur,) modo qui ſeqitur.*

℞. Vitrioli opt. crud. q.v. (℔. XII.) inde ☊æ, Excipulo capaciſſimo firmiter connexæ, (ita tamen vt foramen in commiſſura relictum, ſit, ſpiritibus volatilibus ac impetuoſis exitum concedens,) deſtilla vt moris, lentè, donec impetuoſi illi ♌ fuerint egreſſi, (id quod cognoſces, ſi collum refrigeſcat;) dein obtura firmiter foramen illud, ac auge △m, pelleque ♉ 12. (non vltra, alias ♌m inquinabis oleo corroſiuo grauiori.) Hinc dephlegma ac rectifica, & habes ♌m Vitrioli optimum,

N. *Spiritus in calcinatione euaneſcentes vix ac ne vix operæ, dicto modo, adhibita æquiualent. Ideoque niſi ♌m quoque volatilem expetis, vulgaris modus ſatisfacere poteſt. In quo nota tamen, nè nimium initio calcines, nec nimium △m in deſtillatione vrgeas. Etenim vt in omni ferè ♋atione, ita in hac paulatim craſſius, &c. propellitur.*

*Alij addunt ⊖i aliquid, ſed ♋atum hoc potius ▽, quam ♌ Vitrioli nomen meretur.*

Vires. ♌ *Vitrioli eſt diureticus, diaphoreticus, incidens, attenuans, putredini reſiſtens, &c. Hinc vtilis in febribus ardentibus, obſtruct. Epatis, Lienis, & Meſenterij, appetitu proſtrato, &c. Quinimo cum liquore vel vino mixtus, lenit Odontalgiam, (gingiuis impoſitus) prodeſt & eius in tinea capitis, aliiſque generibus ſcabiei & pruritus cum ▽ chelidon. mixtus.*

*Doſis à g. 5. ad ℈ß. vel ad ℈j. in liquore, vel adhibetur in potibus quant. ſuff. ad aciditatem gratam.*

7. *Spiritus ♁i dulcis, ſeu ☉ Vitrioli dulce.*

℞. Vitrioli benè calcin. ℔. iij. ſuperfunde ✕, vt benè ſupernatet; digere decantaque & affunde nouum ✕, idque quinquies vel ſexies, ſemper ♉ aliquot digerend. Aceta illa imprægnata deſtilla, donec ♌m Vitrioli tetigerit ♋andi ordo. Tunc inde in ☊m adiectis ſabuli puri manipulis duobus & liquor Vitrioli emanans dulcé referet ſaporem. *Tentzel. Keſler. 3. cent. 27.*

Vires. *Prodeſt in calculo, tartareis morbis. catarrhis, &c.*

*Doſis ℈j. in liquore conueniente.*

8. *Aliter.*

℞. ♌ Vitrioli vulgar. (rectificati,) ℔. j.

☿i Vitrioli [ex quo ⊖ ſit extractũ] ℥ iv.

Deſtilla per ☊m vitream in ∴ in receptac. ſatis capax; ſic prodit ♌ ſubdulcis, quem ſi dulciorem cupis, circula cum ▽ ♉ 4. aut 5. dein abſtrahe ▽, ſic habes ♌m Vitrioli dulcem.

N. *Dulceſcit etiam ſola circulatione cum ſuo phlegmate, vel ſi aliquoties à ſcoriis ♂ (ſemper nouas ſcorias ſumendo,) ♋etur.*

9. *Spiritus Vitrioli Philoſophicus, vulgò Cohob. ♁ ij.*

℞. ▽, qua ☿ vitæ edulcoratus eſt, euaporet leniter MB, donec apparere

rere incipiat liquor flauus & acidus. Liquor hic eſt Spir. Vitrioli philoſophicus,qui per ♉m à terreſtri materia rectificari poteſt.

Vires. *Potioris eſt virtutis, quam qui vulgari modo conficitur. Medetur Febribus. Luem ♀ mitigat, Lienem & Meſeraicas ſoluit, ventriculum debilitatum,& à phlegmate craſſo infarctũ confortat. In melancholia hypochondriaca. Epilepſia, omnibuſque affectibus capitis mire prodeſt, Extrahuntur & eius miniſterio Tincturæ mineralium,corallia & perlæ diſſoluuntur. [ Idem acuatus ☊u ⊖, ſoluit ☉m.*

*Doſis g.3. 4. ad 8. in hauſtulo vini vel liquore conuenienti. Hartman. in Croll. Keſl. l.1. c.26.*

10. *Spiritus* ⊕ *i* ♃ *ſatus, alias Liquor Dianæ.*

℞. Vitrioli Vngarici ad albed. calcin. p.ij.

♃i ad nigred. calcin. p.1.

Puluerifata inuicem miſce & 🜄 pauliſper conſperſa, deſtilla per cucurbitam(☓ impoſito)forti △e, cohobaque, deinde rectifica liquorem egreſſum in ⁘, ſeorſim capiendo, & 🜄 m. & liquorem reliquum.

Vires. *Egregias vires exhibet ad ſudandum in omnibus internis obſtructionibus,in ſanguine grumoſo, contra ſcabiem, ad mundificandam & lauigandam cutim.*

*Doſis à ℨj. ad ℥ſ. cum brodio, aut cum pauxillo vini Hiſpanici. Datur-que per 3. auroras continuas ſi libet. Temzel.*

11. *Spiritus vel* ▽ *aperiens Penoti.*

℞. ⊕ i Vng. ad rub. calc. ℔. iv.

Silicum è fluuiis collect. & optim. calcin. ℔. v.

☿ i albed. calcin. ℔. 1.

Mixta, inque tenuiſſimum ♅erem tuſa liqueſcant in cella aliquantum in liquorem, quem deſtilla ex ⁘ per ♌, cohobaque ter, ♉ atum liquorem ſingulis vicibus ☿ in ♅erem redacto, affundendo. Extremo per ♉m ▽e aperto pelle, ſic initio lento △e primum phlegma exſtillat, poſtea vero ☊ acidus auctiori △e elicitur. Ex ☿ o calcinato ⊖m extrahe,& cum eo [ablato prius phlegmate per B.] ☊m acidum digere. Tandem cum argilla in paſtillos redige, atque ex ♉ △e nudo, gradibus tamen obſeruatis, ☊m alkaliſatum prouoca.

Vires. *Vſus eius inſignis eſt in obſtruct. Epatis, Lienis, Meſenterij.*

*Doſis* ℈j. *ad* ℨij. *vel iij. in vino vel alio liquore conuenienti. Hartmann. in pract. loc. de obſtruct. Epat. Sennert. Inſtitut.*

N. *Dicitur Antihydropicum Muffetti, ſummèque celebratur in Hydrope, cuius fomitem per aluum ac vrinam, ſpiritus etiam nondum alcaliſatus educit. Datur cochlear vnum ieiunantibus ſingulis vel alternis horis aqua appropriata iniectũ. Horning. in Ciſta med. Ep. 122.*

12. *Spiritus* ⊕ *i melliſatus.*

℞. ⊕ i Sole albificati ℔. ij. mellis cum fauo, ℔. 1. Miſc. exactè ac deſtilla vt moris.

Vires. *Lenit dolores Podagricos: ſi adſit inflammatio miſceatur cum +o, alias cum vino. Med. deſt.*

13. *Spiritus Vitrioli diaphoreticus.*

℞. ☊ ⊕ i vulg. ℥ vi. ⊖ ♃ i C.C. vſt. ā ℥ij M. in mortario vitreo digerantur aliquantulum: dein deſtilla ex ♉ in recep. capaciſſ. donec omnis humiditas extillarit. ♉ ato liquori adde 🜄 an. reſeruaque in vaſe benè obturato.

Vires. *Purificat ſanguinem, abigitque ſcabiem ac pruritum, aperit obſtructiones; ſudorem prouocat in peſte, venenis, hydrope, icterita, contracturis, &c. Efficax quoque eſt in mundificandis pulmonibus.*

*Doſis à ℈j. ad ʒß. continuari poteſt eius vſus ad libitum ſine periculo. Sala in Anat. Vitrioli.*

## *SPIRITVS VITRIOLI ANTEPILEPTICI.*

14. *Spiritus Vitrioli Antepilepticus puerorum Hartmann.*

℞. Vitrioli Vngaric. depuratiſſ. ℔. IV. adde ⊡æ puerorum ſanorum recenter collect. ℔. VIII. Digere vaſe clauſo aliquandiu in MB, poſtea ex eodem vaſe deſtilla ad ſiccitatem duplex phlegma, quorum primum inſigne eſt paregoricum ad dolores podagricos, alioſque ſuauiter demulcendos, alterum eſt inſigne ophthalmicum, ad quæuis oculorum vitia vtiliſſimum. ☋ pulueriſat. ex ♌ valida terrea, △e nudo, ſed tamen ab initio valde lente in excipulum capax vrge, prodeuntibus confeſtim ſpiritibus liquor promanat precioſiſſimus ſulphurei odoris & auſteriuſculi ſaporis, qui per ♌m ſemel atque iterum rectificatur atque reſeruatur.

Vires. *Omnem puerorum Epilepſiam radicitus tollit.*

*Nimirum:*

℞. ℈j. ▽ radic. Pœon. & flor. Til. an. ℥j. M. de hac mixtione exhibe in paroxyſmo [prius membris contractis & reuulſis, reductis,] cochl. ß. & paulo poſt recollectis ſenſibus denuo aliquid exhibe, atque ita etiam tertio id repete, non omiſſis interea quæ cerebrum confortant, ſc. magiſt. perlar. corall. cranij humani & ſimil. *Hartm. in Croll. Senn. in Inſtit.*

N. *Fit quoque* ⚇ *efficax contra Epilepſiam.*

Si Sal ⊡æ in Sp. Vitrioli diſſolutum per ⁂m ♌etur.

15. *Spiritus antepilepticus Baſilij*

℞. Virid æris, q. v. ſuperfuſo ✕ calido extrahe, & decanta: Liquorem per ✕ abſtrahe. Reliquum in ▽ pluuiali ſolue, filtra, coagula ad tertiæ partis remanentiam: repone in loco frigido ad cryſtalliſandum, Cryſtallos toties collige, quoties ▽a vlterius coagulata & repoſita illos dabit.

℞. Hos Cryſtallos deſtilla ex ♌ fortiter & prodibit ▽ ſubuiridis, quando incipit ſubnigra apparere ceſſa, ▽mque illam ſubuiridem deinde per Retortam deſtilla & extillabit clariſſima.

*Vſus eius non modo in Epilepſia, ſed & in calculo valde nobilis perhibetur.*

*Doſis ℈j. in ▽ appropriata, Pœon. Fœnic, &c. Tentzel. in Exegeſ. 1.*

16. *Spiritus Vitrioli antepilepticus Quercetani.*

*Spiritus Vitrioli viridis dictus, in Tetrade.*

1. ℞. Vitriolum: deſtilla vt habeas ſeor. ſim phlegma ac ♎m, eaque in quantitate ſufficienti.

In phlegmate marcerentur (in MB ♂ 4. vel 5.) ſemina Hyperic. & Pœon. flor. Lil. Conuall. Tiliæ, Calend. Roriſmar. Hyperic. Roſar. aliquid. Ebor. C.C. cranij humani, viſci querni pro libitu, fiatque expreſſio quæ deſtilletur ♋ to eo imbue vitrioli recent ℔. I. vel IJ deſtillaq; in MB ac cohoba quater vel quinquies: tandem adiice ♎m vitrioli ſeruatum, deſtillaque ex cucurbita per ſerpentinas in MB feruente:

Si

Si benè operatus fueris (inquit Quercet.) ſolus ♌ cum vigore elicietur penetrantiſſimus.

*Doſis gut.15.vel 16.*

17. *Spiritus Vitrioli antepilepticus Paracelſi.*

℞. Vitriolum Vngaric. vel Roman. elice phlegma, cohobaque toties ſuper 🜎. donec eo penitus imbuatur. Tunc admiſce 🜈 opt. rectif. digere ♋m vnũ ac alterum vaſe clauſo, hinc deſtilla, △ nudo gradatim aucto, donec ♌ prodierint omnes. Extillato Liquori (à fecibus ſegregato) adde ℥ß. 🜄æ theriac. Camphoratæ, denuoque bis vel ter deſtilla.

Vires. *Exhibetur in paroxyſmo & ante paroxyſmum.*

*Doſis ℈ß. cum liquore conuenienti. Vide Querc. in Tetr.*

18. *Spiritus, Vitrioli Antepilepticus compoſitus.*

*Videatur l. 2. c. 5 2. Elix. Crollij.*

19. *Spiritus Vitrioli coagulatus.*

℞. Terram ſigillatam ſtringenſ. affunde Sp. vitrioli, ſtent in loco calido, vbi refrixerint, ſimul coagulabuntur, inque calido iterum ſoluentur, &c. Hunc ♌m coagulatum, ſi placet; inde 🝭æ vitreæ & deſtilla ex 🝗 & ℨabit Liquor minus acidus quam ♌ vitrioli, cohoba vice tertia & nil niſi phlegma extillabit, adeoque ♌ vitrioli in 🝭 manebit coniunctus cum terra ſigillata, qui in loco humido iterum liqueſcit.

N. *Alij ♌m vitrioli cum ⊖e proprio digerunt, & hac ratione coagulationem conantur.*

20. *Aliter cum Cryſtall. ⊖i.*

℞. ⊖ Cryſtall. phlegm. vitrioli an ℥vi. ſolue, ac filtra abſtraheque ℨando ad ſiccitatem; dein affunde abſtractum hoc phlegma 🜎o adiungendo Sp. vitrioli lb.ß. abſtraheque in 🝗, tum phlegma, tum ♌m nitri in forma vaporum rubicundorum egredientem, donec rubedo ceſſet; poſtea repone ℨatorium cum reſtitante Spir. vitrioli loco frigido & coagulabitur.

N. *Quia ⦶ & Vitriolum nexu non adeo amicabili vniuntur, huius vſum nulli ſuadeo.*

## DE OLEIS.

Olea hic aqueos, non pingues liquores denotant, adeoque à ſpiritib. niſi craſſitie differunt.

*Sunt*

1. 🝆 *dulce.*

℞. Vitriolum purificatum, ſolue in 🝆o 🜍 i p. d. ac abſtrahe. Mategiã relictam ſolue cum ♌u ⊖is, atque redige in maſſam cum cremore 🜿 i [vel cum Saccharo cando, alioue Sacchari generi.] Hinc pellatur per 🝭m.

Vires. *Diaphoreticum eſt inſigne, polletque vi leniter adſtringendi.*

*Doſis à gut. 1. ad 3.*

N. 1. *Parum Olei ſuppeditat.*

N. 2. *Ex Metallis ſeu crudis, ſeu in calcem redactis eadem ratione per ♌m [illegible], ac cremorem 🜍. Olea elici poſſunt. Ex commun. Experient Dn. D. Dieteric.*

2. 🝆 *Vitrioli rubicund.*

℞ 🜖 ad flaued. calcin. p. 1.

Silic. groſſè contuſor. p. ij.

🜈 q. ſ. vt f. pultis inſtar.

Deſtilla per 🝭m, ſic rubicundum 🝆 prodit. *Gluckrabt.*

*Vſus eius potius eſt in Metallurgia, quam in Medicina. Poterit tamen & intrinſecus exhiberi, vide ſupra Spirit. Benoti.*

3. *Aliud rubicundum.*

℞. Colchotar. part. iv.
Vini alb. generoſ. p. ij.

Fac ebullire ad ſiccitatem vſque, poſtea tere & ex ♋ △ aperto deſtilla primo phlegma, poſtea applica recepτac. capaciſſ. ac iuncturis benè munitis propelle forti △ ꝏ, inſtar ſanguinis, rubicundiſſimum, *Gluckradt.*

4. *Aliter.*

Vitrioli calc. deſtilla cum Lythargyr. & prodit ꝏ vitrioli rubicundum, quod Podagricis prodeſt.

5. *Aliud ex Terra Vitrioli.*

℞. Feces ſeu ▽m ſubflauam ⊕i ſiccitatem, [*vide infra*] deſtilla per ♋ △ reuerberij, ꝏ dabit rubicundum, penetrantiſſimum.

Vires. *Doſis gutt. 6. ad 10. ad pleroſque affectus capitis perutile eſt.*

N. *Guttæ 15. ad 21. (annotatibus quibuſdam) vomitus expediunt. Tentz.*

6. *Aliud ꝏ, ex 🜍re ⊕li.*

℞. 🜍r ⊕ i (dulc.) miſce cum dimidia parte Sal. ☿i. Deſtilla per ♋ m, △mque vltimo adde ſuppreſſionis & prodibit ꝏ rubrum.

N. 1. *Huic ꝏ ſi inſtillaris ✕ præcipitabitur 🜍 ſpadicei coloris quē edulcora ▽ frigida hinc ſicca & ſerua.*

N. 2. *Præſtantius erit, ſi flores ex 🜍re ⊕i eleuatos receperis.*

Vires. *Prodeſt ſed efficacius in iiſdem affectibus, in quibus 🜍r ⊕ i. Vide ſuo loco.*

Ex hoc Præcipitato fit Eſſentia ſeu Tinctura.

## IV. SVBLIMATIO.
*Vnde*

1. *Flores ex ▽ Vitrioli, Subſtantia cuprea Vitrioli.*

℞. Terræ vitrioli nigræ, [ex qua … extractum,] vel ▽ ⊕i ochreæ q.v. miſce cum ✳ an. Sublima initio △e lento, dein maiori, donec nullum amplius fumum aſcendere videas. Sublimato affunde ▽m com. collolocaque in MB tepido 🝐. 24. vnde ſubtilis 🜍 in fundo ſubſidet, iteratis ablutionibus edulcorandus.

N. 1. *Hic puluis igni fuſionis ſubiectus, comburitur partim, partim in bonum cuprum funditur. vide Baſil. in repet. Lap. Ph.*

N. *Eodem modo &* ▽ ⊕ i ♂ *tractatur, vnde 🜍 combuſtibile ♂is. Keſl. l. 1. c. 44.*

*Virtus ſubſtantiæ huius cupreæ eſt, mundare plagas putridas, incarnare & cicatrices inducere. Sala de ⊕.*

2. *Flores ex Sulphure Vitrioli.*

℞. 🜍r vitrioli (dulce) ſublima ſine additamento ex ſublimatorio humili, paulatim id iniiciendo alembico ſcil. ablato & rurſus repoſito.

3 *Flores ex Vitriolo crudo.*

Fiunt eodem modo, cum ✳.

## V. PRÆCIPITATIO:
*Vnde*

1. ▽ *Vitrioli ochrea.*

℞. ⊕i pur. q.v. ſolue in ▽ font. ſtetque aliquandiu: ſic vel ſponte ſua ſubſidebit ▽ ⊕ i inſtar ochræ.

2. *Sulphur Vitrioli dulce.*

℞. Vitrioli puri q.v. ſolue in ▽ calida, ſolutioni affunde guttatim ⁘ ☿i, [alij lixiuium ex 🜕 ib. clauelll.] & præcipitabitur 🜍r vitrioli, quod edulcoratum exicca.

Vires. *Confert affectibus pulmonum, mundificat plagas putridas, cicatricéſq; inducit. Hartm. in Croll. Sala in Vitriol. tr. Tentz. Keſl. 4. c. 69. 3. c. 10.*

3. *Sulphur*

*3. Sulphur Vitrioli purgans.*

℞. Vitriol. opt. q. v. affunde phlegma vitrioli, vel ▽, deſtillat, ad eminent. digit. 4. ſtent in digeſtione, & ſubſidebit ▽, filtra: in filtraturâ inſtilla ∘°∘ ♀i p. d. & præcipitabitur 🜍r vitrioli; decanta Liquorem & edulcora 🜍r ▽ tepida, atque exicca. *Keſl.*

*Doſis à g. 5. ad* 10.

*Eodem* modo fit & 🜍r vitrioli ♂ purgans; illud ſic ſoluendo in phlegmate vitrioli, defæcando & præcipitando cum Ol. 🜖i. *Keſl.* 1. *c.* 38.

4. *Sulphur Vitrioli fixum ſeu ♂iale.*

℞. Limatur. ♂ puriſſ. ſine omni puluere, p. 1.

Vitrioli Vngaric. cærul. aut vitrioli ♀is, p. ij.

Trita miſce & imbibe indendo in vitrum cum ⚹, vt ſupernatet digit. 2. Coque & coagula ad ſiccitatem △ arenæ: in fine ad candeſcentiam vſque vrgeatur. *Huic* puluери affunde aliud ⚹ ad eminent. 4. digit. ac extrahe colorem ſ. a. In hoc tincto ⚹ deliteſcit 🜍r vitrioli combuſtibile, [quod euaporatione & dulcoratione experiri poteris.] Inſtilla ∘°∘ ♀ p. d. ſic ſurphur vitrioli ilico præcipitabitur & figetur. Edulcora aqua com. *Hartman, in Croll. Tentzel.*

Ex hoc 🜍re vitrioli fiunt Anodyna, Laudani nomine inſignita.

Præcipitabitur & puluis ſpadicei coloris, ſi oleo ex 🜍re vitrioli dulci deſtillato ⚹ inſtillaris. *Vide* ∘∘ *ex* 🜍*re vitrioli.*

*VI. SALIFICATIO:*
*Vnde*
*Sal Vitrioli.*

Vitriolum Vngar. cærul. in ✝bulo calcina, donec in puluerem obſcurè purpureum abeat. Huic ita calcinato affunde aqua com. ſenſim agitando ne in fundo conglometur, donec aqua [quæ calida euadit, ac ſi calci viuæ ſuperfuſa fuiſſet,] refrigeſcat. Stent ita 24. hor. poſtea filtra per chartam, fiatque exhalatio ſuper △ lentum, donec ſal in fundo reperiatur ſiccum & coloris quodammodo incarnati. Hoc pulueriſando in albedinem vertitur.

Idem Sal poteſt extrahi ex 🝎o vitrioli in ♉at. ⏜ reſiduo.

N. 1. *Si Vitriolum calcinatum non fuerit nigropurpureum, ſed tantùm inſtar Boli Armeni, nihil extrahes præter Vitriolum eiuſdem coloris, vt fuit anteà.*

N. 2. 🜄 *reſidua ( corpus exanime vulgò ) maximæ eſt virtutis in Diarrhœa & Dyſenteria.*

Vires. *Sala vomitorium hoc ad cœlum vſque euehit, in Epilepſia aliiſque cerebri Symptomatibus, ex corruptis & acribus è ventriculo ſurſum actis vaporibus ortis. Item in Pleureſia, Febribus peſtilentialibus, Lipothymia, à repletione humorum corruptorum, & efferueſcentiâ bilis circa orificium ventriculi; in Epate, Liene & Renibus obſtructis.*

*Item Sal naribus inſpiratum ſternutationem egregiè ciet, circa vim cerebrum ſeorſis ſuis excrementis expediens.*

*Doſis à ℈ß. ad ʒß. vel ℈ij.*

*Sala in Tern. Emetolog. Querc. in Tetrad. & Pharm. reſt. cap. de vomitiuis. Senn. Inſt. Beguin.*

N. *Sal Vitrioli ex ſolo* 🝎*o ex quo flores Sulph. eleuati ſunt à ℈ß. ad ℈ij. exhibitus ( in ▽ fœnic. vel vino,) conciliat facillimè vomitum, interdum & ſedes, & ſudores. Hartm. in Croll.*

*VII. Ex*

### VII. EXTRACTIO.
### Vnde
### TINCTVRÆ ſeu ESSENTIÆ SIMPLICES & EXTRACTA.

1. *Extractum Vitrioli Narcoticum. anodynum.*

℞. Vitrioli puluerisat. ac lento calore ad albedinem vſque exiccati ℔ß. affunde 🜈 opt. rectificat. ℥xxx. [ N. *Nulla humiditas præter* 🜈 *accedat, vaſque ſit ſicceſſimum, alioquin incaſſum laborabis.* ] Sepelito in fimum equinum per menſem. Decanta poſtea à fecib. abſque perturbatione, & deſtilla in 🝫 ad reſidentiam vſque liquoris flaui, 🝆o 🝐ato non abſimilis. Tunc ceſſa, & quod prolectum eſt, ſerua. Liquorem reſtitantem benè occluſum quoque in vſum repone, qui precioſum Extractum eſt.

Vires. *Extracti illius vſus eſt narcoticus & anodynus, nec potentia opio cedit, ſine periculo tamen reprimit & coagulat Vapores ſubtiles venenoſos, Epilepſiam cauſantes, idque ſpecifice.*

*Doſis à gut. 6. ad 8. & 12. cum Liquore conuen. Sala in* ♁.

2. *Eſſentia 🜍is Vitrioli.*

℞. 🜍erem ſpadicei coloris ( *vide* 🝆 *ex* 🜍*e Vitrioli,* ) digere cum 🜈 in loco calido, ( vaſe clauſo ) ♂♀ 8. ſic dulciſſima Eſſentia 🜍is vitrioli tandem ſupernatabit in forma 🝆ei, quã à 🜈 ſepara per tritoriũ & ſerua

Vires. *Hæc dulciſſima 🜍is Vitrioli Eſſentia æquipollet viribus ſuis Tincturæ* ♁*ij, & mirabiles effectus facit in* 🜄 *Meliſſæ, noxios humores totius corporis expellit per inſenſilem tranſpirationem, venerem ſtimulat, vterum roborat, eiusque motus inordinatos ſiſtit, & in vtroque ſexu prolificam vim ſeminis ad liberorum generationem operatur. In* 🜄*. Petroſelini idem penè præſtat, ſed inſuper Hydropem curat.*

*Vſus autem iſtius Eſſentiæ aliquandiu continuandus eſt.*

*Doſis g. 1. vſque ad 4. Hartm. in pract. loco de Lepra, Tentzel. de* ♃ *rei Vitrioli. Keſl. 4. c. 69.*

2. *Alia Tinctura, Manna Vitrioli dicta.*

℞. Vitrioli purificati q. v. extrahe Tincturam, digerendo cum 🜩u Vitrioli ſubtiliſſimo Eſſentificato, i. e. proprio Sale alcaliſato, filtra, coagula, & habes Mannam ſeu Tincturam vitrioli flauam.

N. *Hanc Tincturam, ſi cum* 🜈 *circulaueris,* 🝆 *ſupernatabit, quod per* 🝪 *deſtillatum, ac iterum cum* 🜈 *circulatum fragrantiſſimum euadit.*

Vires *Nec minores vires habet, nec minorem laudem meretur, quam Eſſentia* 🜍*is præcedens.*

4. *Tinctura.*

℞. Vitrioli viridiuſc. quant. ſatis magnam, educ phlegma ac 🜩m per ⊢Ecum educto Liquore, ex 🝎o extrahe ſ.a. ( etiã in loco frigido, ſæpè tamẽ cõmouendo, ) Tincturã viridiuſculam, quã cautè decantatã deſtilla ad mellis conſiſtentiam atque aëri frig. vt in Cryſtallos concreſcat, expone.

N. *Si menſtruum ad extractionem requiſitum deficiat,* 🝐 *atione in abſtrahe ad extractionem continuandam.*

℞. Cryſtall. proximè præcedentium ℔.iij. vel iv. &c. circula cum 🜈 opt. rectific. vaſe H. C. Deinde deſtilla per 🝪 ex ⁂ Hinc cohoba. Inſuper affundendo 🜩m 🜔i, deſtillaque per 🝭m gradatim ♂ 4. vt extillet poſt 🜩 & 🝆 rubicundum. 🜈 abſtrahe in 🝫; 🜩m 🜔i, in ⊢Eere, & reſtat

reſtat 🝆 ſeu Tinctura rubicundiſſima.

Vires. *Admirandarum eſt virium aduerſus omnes ægritudines, in craſſiore materia ſedem habentes. Quercetan. in Tetrad.*

*5. Tintura Magiſteriata ſeu Magiſterium 🜖 i.*

℞. Tincturam præcedentem, coniunge cum proprio ſuo ♌u Vitrioli, (*qui inde* abſtractus, digere aliquandiu, ſic dulceſcet. *Quercet.*

Vires. *Remedium eſt nunquam ſatis laudandum, idque præcipuè, ſi ☉ philoſophicè ſolutum, adiectum fuerit; prodeſt enim aduerſus Epilepſias, aſtraleſque omnes affectus, Apoplexiam, Paralyſin, Vertiginem, Maniam, Ecſtaſin, Syncopen, Cachexiam, Hydropem, Calculum.*

*Doſis gut. vna ac altera. Quercet. in Tetrad.*

*6. Eadem Tinctura.*

*Aliter.*

℞. ⊖ Vitrioli (ex 🝎o illo reuerberato extractum ac) opt. depuratum, q. v. affunde ♌m Vitrioli (in præparatione Tincturæ reſeruatum,) ad eminent. 1. digit digere ac deſtilla, hinc nouum ♌m affunde, digere, deſtilla, idque repete, donec pars volatilis ſuperet fixam, ſecum euehat atque ⊖ fixum volatiliſet. Hoc ⊖ Vitrioli ſublim. imbibe ac incera cum 🝆 o ſeu Tinctura illa, digereque in Athanore per gradus vt vniantur, & per colores ad purpureum tandem deueniant. Eſt opus aliquot menſium.

Vires. *Eſt Elixir ſeu Medicina vniuerſalis, ſumme penetrans ac fixa, ad curationem deploratiſſimorum morborum ſufficiens.*

*Doſis g. 1. ac altera. Quercetan. in Tetrad.*

*Mediante hoc Vitrioli lapide reducitur ☉ in ſuam primam ſubſtantiam, vnde tandem exurgit Medicina vniuerſaliſſima. Vide ibidem in Tetrad.*

*7. Magiſterium 🜖 i.*

℞. Vitrioli opt. q. v. 🝋etur more vſitato, ♌ cum 🝆 o per 🝭m ſimul rectificetur. Cum phlegmate (vel ∇ 🝋at,) ⊖ ex 🝎o extrahatur, phlegma 🝋ando à ⊖e ſeparetur, cum aliquot cohobiis & digeſtionibus.

*Hinc.*

℞. ⊖is p. ij. ♌ vel 🝆 🜖 i, p. 1. Ponantur in phiola in 🝮, vt aquoſitas exhalet, idque tantiſper repere, donec. Sal tantum 🝆 ei imbiberit, quanti ponderis primo fuit. Hinc in phiola hermeticè clauſa 8. 🝰 digeratur, tandemque in 🝝 collocetur 14. 🝰 ☽ ad coagulandum. *Sennert. Inſtitut.*

*2. Magiſterium ex Tinctura & Spiritu Vitrioli,*

℞. 🜖 m in ſe calcinatum; extrahe tincturam affundendo ※ optimū: ✕ tinctum dacanta, 🝋 aque ad ſiccitatē, & manebit in fundo 🜍 rubicundus, quem pone in 🝭m adhibito receptaculo grandi, dando △ per grad. decentes, egredietur ♌ flauus, poſtea rubicundus; continuetur △ eodem gradu, donec appareant ♌ albi, tunc ceſſandū. His ſpiritib. imbue 🜃m in Ↄ reſtitantem, (potius ⊖ ex 🜃) digerendo, imbuendo, donec ♌ & anima proprio corpori reſtituantur. Hæc tandem in vaſe H. clauſo digere quadragint. 🝰 ♀, donec figantur.

*9. Tinctura Vitrioli Cyprij ſiue Myſterium ♀is.*

1. Digeratur vitro clauſo per duos menſes △ gradatum aucto, donec varij colores appareant, poſtea flaucdo

ſupremaque rubedo, hac enim viâ viriditatem Leonis cuſtodies & ad exteriora vertes. 2. Tincturam ad hoc Leone cum ▽ extrahe. 3. Diuide eam in partes ſecundas. Vna deſiccetur & ſanguis reſtans in formâ pulu. figatur per gradus in 🜃am rubram. 4. Partem alteram Tincturæ liquidæ, putrefac per 3. hebdom, abſtrahe per cohobationem, cum reliquo ▽ tincto eundem *proceſſum* ſeruando. 5. *Liquorum* remanentem vrge per ♌, donec Oleum benedictum exeat, quod aliquoties rectifica, 6. cape 🜃tæ ſuperioris fixatæ p. ij Ol. bened. Vitrioli part. 1. ſigilla vas. H.S. digere in cineribus, donec animam ſuam corpus receperit coagularitque, tunc nouum Ol. ſuffunde, coagula vt prius per 10. ♉. Tandem fige ad quartũ vſque gradum Vulcani, & per 3, ♉. in fluore detine. Habebis Lapipẽ rubrum, fixum abſque fumo, tingentemque, ſummam medicinam.

*Ex commun. S. Cloſſ.*

---

## CAPVT. XXVII.

### *De Arſenico.*

REſtant è mineralib. ſecundariis mineralia ſulphurea ac inflammabilia.

Hæc fiunt ex perittomate macrocoſmico pingui, reſpondente in Phytologia, Oleis, Reſinis, Gummatis, in Zoologia pinguedini axungiæque abundanti, excrementiſuè pinguedinẽ referentib. v. gr. auriũ.

*Sunt que*

1. Arſenicum, 2. Sulphur. 3. Ambra, 4. Succinum, 5. Sperma Ceti, 6. Aſphaltum, 7. Naphtha, 8. Petrolæum, 9. Carbo Petræ, 10. Gagates.

*Arſenicum.*

Arſenicum fuligo ſiue ſuccus eſt mineralis, pinguis, inflammabilis.

Dicitur & Auripigmentum. Græcè Ἀρσενικὸν, ἀρρενικὸν. Arabicè Harnet & Zarnich. German. *vveiſz Kattenpulver.*

Genera eius tria recenſentur, album videlicet, (Arſenicum in ſpecie ſic dictum, ſç arſenicum Cryſtallinum, Citrinum ſeu Flauum, (Riſigallum Auripigmentum, & tertio Rubeum Sandaracha.

Ex his album in Medicina vſitatiſſimum eſt, fuluum rarò rubrum rariſſimè. Eligatur album Cryſtallinum, ponderoſum, durum, purum, ad lacteum colorem tendens.

N. *Arſenicum Cryſtallinum factitium eſt, fitq; ſublimando ex auripigmenti ſcobe & ſale anaticè mixtis. Auripigmentum & Sandaracha natiua ſunt, nec differunt, niſi quod Sandaracha auripigmento ſit magis in terris excocta.*

Vires. *Inter Venena loco haud vltimo Arſenicum recenſetur, nec immerito, quippe præter ſummam acrimoniam, tanta quoque malignitate vitæ noſtræ Balſamo infeſtum eſt, vt non modo intus aſſumptum, ſed & extrinſecus adhibitum, horrenda Symptomata introducat.*

*Qualia ſunt:*

Conuulſiones, manuum ac pedum ſtupiditates, ſudores frigidi, palpitationes,

tiones, deliquia cordis, vomitiones, corroſiones ac tormina, ſitis, æſtus, &c. *Exempla vide ſis apud Salam in Ternar. Bezoardic. c. 27. apud Schenck & alios.*

Verum enim vero nec facultatib. caret vtilib. quas intrinſecus in curanda peſte, reliquiſque venenatis affectib. vt & in ſcabie maligna, cancroſa, &c. conferre potis eſt, modo qua decet ratione præparetur.

Extrinſecus adhibetur ad partem quamuis pilis denudandam, nonnunquam & cauteriis, amuletiſque admiſcetur.

*Auripigmenti & Sandarachæ Vires eædem fere ſunt, niſi quod in Arſenico paulum ſint mitigatiores, idque ob ſal in præparatione eius accedens.*

N. *Sandaracha Arabum eſt Gummi Iuniperi.*

### PRÆPARATA.

Præparationis ſcopus eò dirigendus eſt, vt acrimonia mitigata dulceſcat auraque maligna & volatilis ſeparetur. Huic ſcopo media deſtinata reperimus, ſublimationem, fixationem, & liquationem.

### *SVBLIMATIO.*

*Vnde*

1. *Arſenicum dulce.*

℞. 🜺 cryſtall. q. v. ſublima per ſe deinde in +o opt. horar. 2. ſpacio decoque, [ſic enim ſua nigredine & farina quadam leui atque corroſiua ſpoliatur.] Poſtea cum ſquamma æris, *Kupfferſchlag*, iterum ſublima. [quæ venenum illius craſſius atque nigrius retinebit. Tandem bis ac ter cum Sale commun. præparato ſublima, poſtea perfectè dulcoretur.

N. *Illius perfectio ex eo cognoſcetur, quando Metallis iniectum, candorem illis conciliat & indit perfectiſſimum, qui remanet etiam in iis, poſtquam ignita fuerint: Cum tamen* 🜺 *crudum eadem nigrefaciat, atque fumo quodam infeſto, quē oculus & olfactus non ſine noxa, & incommodo ſentire poſſunt, contaminet & inficiat.*

Vires. *Tantum abeſt quod aſſumentibus noceat, vt quoque benigne & ſine vlla perturbatione ea venena expurget, quæ aliis Catharticis nullatenus cedunt.*

Vſus. *Dari poteſt illius ſublimati ſubſtantia, in infuſione ad pondus 5. 6. 7. 8. granorum. Querc. in Alexicac.*

*Poteſt & per deliquium in* 🜄 *redigi vlceribus vtile.*

*Aliter.*

2. *Rubinus Arſenici diaphoreticus.*

℞. 🜺 q. v. ſublima bis vel ter in 🜹, ſemperque ſepaga 🜿 erem ſubtiliſſimum, qui in cucurbita inſtar farinæ volatilis adhæret. Eſt enim 🜺 i venenum, partem Cryſtallinam miſce exactè cum flor. 🜍. ana & ſublima.

Vires. *Eſt ſpecificum in affectibus pulmonum ex craſſis catarrhis. Datur quoque ad ſudorem ciendum, in morbis malignis & venenatis.*

*Extrinſecus ſi adhibeatur, curat omnia vlcera maligna curatu difficilia.*

*Doſis à gr. 5. ad 8.*

N. 🜺 *hac ratione præparatum ad* ℈j. *ſecundum Tentzelium exhiberi poteſt. Tentzel. in Exeg. Querc.*

Eodem modo poteſt parari & Rubinus ex auripigmento æquali doſi, & ad ſimiles affectus adhibendus.

*Ar ſenicum ſublimatum.*

℞. 🜺, ⊖ toſt. colchotar, limatur ♂ an. M. ſublimaque dando 🜂 m

per gradus,quod ſublimatum eſt, tum nouis ſpecieb. miſce & vt prius ſublima, idque ter repete.

## *FIXATIO ſeu CALCINATIO.*

*Vnde*

1. 🜺 *fixum, & exinde* 🜹.

℞. 🜺 Cryſtall. [vel Auripigmentum illius ſublimati,] 🜔i purific. an. [alij ℞. Auripigmentum, part. 1. 🜕, part. ij. Alij 🜺. 🜔 🜕 an.] M. ac iniice per vices in +bulum verſaque ſpatula, [cauendo fumũ,] donec ceſſet Ebullitio. Poſtquã cuncta inieceris, da 🜂m fortiſſ. per ☌. 4. 6. [alii ♂ integrum] Tandem edulcora, Sal ☉ calida 🜄 reparando, remanebitque in fundo 🜿 albiſſimus 🜺i fixi.

N. 1. *Felicius hæc calcinatio procedet inter duo +bula luto connexa, cum ſpiraculo ad fumi egreſſum.*

N. 2. *Müllerus tertia vice calcinationem illam cum* 🜔*ana repetit,* 🜿*erem ſingulis vicibus* 🜄 *dulcorando.*

Vires. *Inſeruit Oleo per deliquium præparando, vt & Auripigmentum fixo ſudorifero.*

Eodem modo potes procedere cum Realgare argenti, Cadmia, & ſimil.

2. *Arſenicum fixum ſudoriferum.*

℞. 🜿eris arſenici fixi, q. v. imbibatur 🜹 🜕, p. d. aliquoties (ter.) Denique diſſolue materiam in aqua vitæ, vt extrahatur & ſeparetur totus Sal, & reſtabit 🜿 alb. & fixus, quem ſepara.

Vires. *Sudorem mouet, datur cum Theriaca.*

*Doſis* g. 3. 4. 5. *Müllerus in miraculis Chymicis. Querc. in Spag.*

3. *Regulus* 🜺 *& Auripigmentum S. Cloſſ.*

♃ huius vel illius ℥ v i i i. 🜔 & 🜕 ſimul detonatorum per accenſum carbonem ℥ v i. limat. ♂ ℥ i v. pulu. carbonum ℥ i M. fundantur in +lo & regulus concutiendo ad fundum depellatur, qui purior eſt quàm ille ♁ii.

N. *Ex hoc Regulo in flores* ♎*ato per putrefactionem cum ſalibus reſuſcitantibus &* 🜍 *fieri volunt* ☿*um* 🜺 *corporalem. Fides ſit penes Experientiam.*

## *LIQVATIO.*

1. 🜹🜺 *Anodynum, Butyrum* 🜺 *Liquor* 🜺.

℞. Pulueris Auripigmentũ fixi, q. v. diſſoluatur in cella per deliq.

Vires. *Conducit venenatis vlceribus in Lue Venerea, Cancro. Serpigine, ani fiſtulis, morſu canis rabidi.*

Vſus. 🜹 *Auripigm. illius, [vel Pulueris,] tantum in* 🜄 *plantag. vel perſic. ſoluitur, vt mixtura ipſa guſtu lingua tolerari poſſit. Aquâ illâ lauetur vulnus ſ. vlcus.*

N. *Baſilius in rep. L. Ph. addit* ⦶ 🜕*i & ad liqueſcendum exponit.*

2. *Aliter.*

℞. Butyri Arſenicum ℥ j.
Ol. Nitrum Mitrh. ij. Miſc.

N. 1. *Paracelſus l. de mort. rer. nat. hanc* 🜺*fuſionem cum* 🜔*, liquefactionemque ſubſequentem in cella, mortificationem vocat, atque Auripigmentum Realgaria &c. ſimili modo mortificari poſſe perhibet.*

N. 2. *Quercet. in ſpagyr. præparatione præparationes Arſenicum datas ænygmaticè deſcribit, quas enucleaui in Querc. re diuino.*

## *DESTILLATIO.*

*Vnde*

*Spiritus & butyrum Arſenicum.*

Fit ex parte vna Arſenicũ & ☿ ♌ti part. ij. deſtillatis per 🜬, vt fieri ſolet in parando butyro ♁ ali; primo egreditur

ditur ſpiritus ſubtiliſſ. ſemper fumans, & ſub finem liquor craſſus, qui in aqu. communi præcipitatur vel in ſuo liquamine ſeruatur.

Vires. *Spiritus dicitur, ♂tem ſoluere radicaliter, tincturiſque ingreſſum præbere in corpora metallica. Butyrum vero eſt Septicum violentum, Cancrorum vlceratum eradicatiuum debet autem ei par quantitas opij ad ſenſum doloris obtundendum permiſceri, & ex filo carpto circumcirca admoueri cum defenſiuis conuenientibus.*

*Ex S. Cloſſao.*

---

# CAPVT XXVIII.

## De *Sulphure.*

SVlphur eſt Reſina ſiue pinguedo terræ, Chalcantoſa aciditate grauida.

Dicitur, Arabicè Cibur vel Chybur, Crybrit, Rabric, Albuſao: Chymicis, Akiboth, Ahuſal. An. Anerit. *Anerick. Alchibith. Alcebris.* Aphebriock. *Kibrith.* Kaprili. Lamare, Tifaſum, Tin, *Vſifur.* Græcè Θεῖον. Germ. *Schvvefel.*

Sulphur tum natiuum, tùm factitium Officinis in vſu eſt.

Natiuum ex terra effoditur, purum ſolidum, interdum ſciſſile, venitque nomine 🜍is viui, ſeu *ἀπύρι* i.e. △m non experti.

Factitium vel ex viuo 🜍re impuriori, pyriteue vi △ educitur, vel ex aquis 🜍eis, excoquitur.

🜍r caballinum quod in Officinis dicitur, feces ſunt è coctione ſulphuris viui impurioris relictæ & in vrceos admixtis nonnunquam ſquammis ♂ tranſfuſæ.

N. 1. *Adhæreſcunt quoque interdum q. ſtiria Sulphureæ camino, vbi ⊕m ex ſua vena excoquitur, quæ nihil aliud ſunt, quam 🜍ris flores ex Vitriolo dum excoquitur, eleuati. Horum copiam exhibet Suecia ſat magnam.*

N. 2. *Exhibet Chymia & Artificialia Sulphuris genera ex ♀ ♁, &c. quidem longe reliquis præſtant, verum, quia rara & chara ſunt, rariſſimè Chymicis præparationibus vulgaribus ſubiici ſolent.*

### *Delectus.*

Eligatur r puriſſimum colore vireſcens, facilè inflammabile, luculenter ardens fumumque magis cœruleum halans.

Vires. *Calidum & ſiccum eſt, pectori dicatum; aperit, incidit; putredini, veneno, venenatorumque animalium morſibus reſiſtit, prouocat ſudorem, &c. Hinc conducit in Phthiſi, Tuſſi, Aſthmate, Peſte, peſtilentialibuſque febribus. Extrinſecus diſcutit tumores duros, ſanat lichenes duros, pruritum, &c.*

### PRÆPAR.

1. Sublimatio. 2. Præcipitatio. 3. Deſtillatio. 4. Infuſio & Extractio. 5. Liquatio.

### *I. SVBLIMATIO.*

*Vnde*

*Flores Sulphuris.*

Flores 🜍is nihil aliud ſunt, quam 🜍rà terreſtribus excrementis per ſublimationem purificatum.

N. *Nonnunquam tamen & aliis impragnantur.*

Sublimatio 🜍is fit in arena calore mediocri gradatim adhibito, ex cucurbita terrea, cui 🝪 vitreus ſine luto imponitur, vt aufferri ſc. ac poſt exemptos flores iterum reponi poſſit.

N. 1. *Orificium cucurbitæ interea temporis, quo flores eximuntur probè tegatur, ne aëris irruptione 🜍r [ quod facilè accidit ] incendatur. Cuius rei gratia non abs re foret, duos in promptu habere alembicos, quorum alter alterius vicem ſine mora ſubire poſſit.*

N. 2. *Alembicus ante impoſitionẽ ad △m caleſcat, quippe ſecus facilè diſſiliet.*

N. 3. *Roſtro 🝪i recipiens apponi poteſt, ad liquorem acidum, qui primo egreditur excipiendum, Liquore egreſſo roſtrum chartâ obturare licet.*

1. *Flores 🜍 ſimplices.*

℞. 🜍 groſsè ( ſi libet ) contuſi q. v. impone cucurbitæ terreæ, vel vice vna, vel per vices, ac paulatim. Sublimaque in 🝗, vt dictum, igne moderato. Primo exit aciditas, quam Excipulo excipe ac ſerua (de qua infra,) ſecundo, ſublimantur flores flaui, &c.

N. 1. *Alij admiſcent. ♀is ℔. 1. farinæ laterum ℔. ß. Alij à terra ſigillata ſublimationem inſtituunt, vel à bolo.*

N. 2. *Si 🜍 fortuito accenderetur, farina vel cinere in iecto extingui flamma poterit.*

N. 3. *Cauendum ne △ nimium incendatur, adeoque non excedat calorem, qui alembico manum imponere permittit.*

*Flores 🜍 🜖 lati.*

℞. 🜍. flauiſſ. ℔. 1. ⊖ fuſi & 🜖i calcinati an. ℔. ß. pulueriſentur & miſceantur. F. Sublimatio vt dictũ, dando initio ignem lentum poſt aliquot horas (3. vel 4.) phlegma incipiet ſtillare & durabit per horas 4. vel 5.

N. 1. *△ augendus eſt ſenſim magnis carbonibus, vt tandem Catinus in quo arena continetur, rubeat.*

N. 2. *Calor ſi ſit nimis exceſſiuus, non flauo, ſed nigro calore 🜍r aſcendit.*

N. 3. *Alij.*

℞. Sulphuris 🜖i calcinati & ⊖is ana, quæ ponderum diuerſitas neminem turbet, modo △m rite adhibeat. Additamenta enim quo pauciora fuerint, eo △ ſufficit mitior.

*Quercetanus non niſi colchotar anatice addit, omiſſo ⊖e.*

N. 4. *Flores cum nouo additamenta Vitrioli & ⦶ vt ante ſublimari poſſunt, idque vel vice tertia, quippe quo ſæpius flores eleuantur, eò plus tenuitatis acquirunt, purioreſque euadunt, non tamen ſine imminutione quantitatis.*

Vires. *Reſiſtunt putredini, cient ſudorem, exiccant, &c. Hinc proſunt in peſte, peſtilentialibuſque febribus, ſiue curandi, ſiue præſeruandi gratia adhibere libeat. Exhibẽtur quoque vtiliter catarrhoſis, pulmoniacis, tuſſientibus, & ſimil.*

*Doſis robuſto ℈j. iuueni ʒß. in præſeruatione autem non excedimus ℈ß. Exhibemuſque commodè cum Extracto Enulæ campanæ.*

3. *Flores 🜍 gummati ſeu myrrhati.*

℞. Flor. 🜍 compoſit. ut ante ℔ß.
Colchotar ℥vi.
⊖ fuſi ℥v.
Mirrh. Alexandr.
Thur. an. ℥iij.
Aloës ſuccotr. ℥iv.
Maſtich. ℥iij.
Croc. ℥ß.

Omnia

Omnia trita ſimul atque benè mixta ſublima l. △. poſt horas aliquot, exime flores, ruſus alembicum impone, △m continuando per hor. aliquot (12.)

N. 1. *Alij* ℞. *mox initio* 🜍 *pulu.* ℔. 1. ♃ *i calc.* ♉ *ana* ℥v. *Aloes Tour. Myrrh à* ℥iij. *Floreſque nouis ſpeciebus 2. vel 3. vicibus ſublimant. Senn. Inſt. Paracelſ. volum. 1. p. 1046.*

N. 2. *Felicius procedunt, qui floribus Sulphuris, iam factis, ſpecies ſolummodo admiſcent. Vix enim quicquam citra combuſtionem ex gummatibus vna cum Sulphur. aſcendet.*

N. 3. *Imponenda eſt materia per vices, ſi enim nimium impoſueris, comburitur materia ſufficitque 3. vel 4. digitorũ craſſitie, ſingulis vicibus impoſuiſſe.*

Vires. *Efficaciores ſunt quam ſimplices, tum exiccando, tum putredini reſiſtendo.*

4. *Flores Sulphur. Saccharati.*

℞. Fl. Sulphur miſc. atque ſublima cum Sacchro cando.

Vires. *Maius auxilium conferunt ad aſthma, aliaſque affectiones pulmonum, quam vulgares. Quercet. in Pharmac. reſt.*

5. *Flores Sulphur. albi.*

℞. ⊖. purificat. q. v. liqueſcat in +, poſtea iniice per vices Sulphur. puluériſ. [*vt in Lapidis Brunellæ præparatione,*] idque tandiu, donec ⊖ in ipſo igne coaguletur. Ignẽ poſtea auge, operculatoque + bulo etiam △ ſupra accende, idque continua, horis duabus.

℞. Ergò huius ⊖ fixi, p. 1.
Sulph. Elect. p. ij.

Miſce optimè & ſublima △ ∴ æ.

Vires. *Lacti Sulphuris, viribus ac poteſtate æquiualent. Sen. Inſt. Tenzel.*

6. *Flores Sulphur. Corallati.*

℞. Corall. ℔. 1. Fl. Sulphur. ℥iv. tere minutiſſimè, & miſce: ſublimaque vt dictum, ▽m profluentem ſeorſim primo collige, dein flores.

N. *Sulphur ſic ſecũ trahere dicitur ſubtiliſſimam Coralliorum ſubſtantiam.*

Vires. *Habentur præſtantiores quam vulgares Sulphuris flores, & ſi ex his Balſamus fiat Sulphuris, optimus pulmonum Balſamus perhibetur.*

2. *Flores Sulphur benzoinati.*

Fiunt duobus modis: Vel ſubleuando XX omni horâ interea dum ſublimantur flores Sulphur. & in cucurb. ʒj. pulu. benzoini proiiciendo, vel collocando flores iam factos in patinã terream vitreatã, in cuius medio ſcutella Terrea promineat, cui inditur ferrũ incenſum igne, moxque iniiciuntur particulæ benzoini, contegitur patella, vt fumus flores reuerberet, ſicque iteratur ferri accenſio, & benzoini proiectio, donec ſit ſatis, quo facto teruntur flores Sulphur. cum floribus benzoini exaggeratis, ſeruanturque tanquam odoris iucundi, maiorumque virium.

## II. *PRÆCIPITATIO.*

*Vnde*

*Lac Sulphuris.*

Lac Sulphuris, Magiſterium Sulphuris eſt, ſeu præcipitatum.

N. *Alijs dicitur cremor Sulphuris, alijs Butyrum.*

*Paratur autem* 1.

℞. Fl. Sulphuris, p. 1.
Salis 🜨i p. iij.

Pone in vitro oris capaciſſ. (ſiue in olla fictili) in arenam collocato, affunde ▽ ad eminent. ſex digitorum ita tamen, vt quarta pars vitri ſit vacua, hinc bulliant, vt Sulphur ſoluatur, [quod 5. vel 6. horis fiet,] ſpatula lignea continuò agitando, donec ferè

omne

omne Sulphur ſolutum ſit, liquorque rubeus appareat. Hinc filtra calidè per chartam Emporeticam, ac affunde confectim vinum auſteriuſculum, [ alij 🜋, ] lentè, celeri tamen lapſu, tamdiu donec colorem lacteum acquirat, qui ad fundum paulatim ſecedit, nomine lactis: Lac hoc ad fundum præcipitatum, effuſo liquore collige, ablue △a & exicca, vel, ſi placet, antequam plane exiccetur, miſceatur cum ▽ cinam. vel alia appropriata, vt fiat inſtar pultis vel lactis, &c.

N. *Si* ▽ *bulliendo euaneſcit, affundatur alia, ſed feruida.*

*2. Modus compendioſior.*

℞. 🜍 & ⊖is 🜿 i liqueſcant in +o per d. ſimul liquefactis affunde aliquidaquæ calidæ, mox affunde in patinam ▽ calida plenam & ſtatim filtrentur, affundaturque paulatim vinum: ſic totus liquor albeſcet atque lac ad fundum præcipitabitur.

N. *Quercetanus diſſoluit flores in oleo* ♃*i, diſſolutionique affundit* +. *pracipitatque, &c.*

Vires. *Balſamum eſt pulmonum ac velut* △ *conſumens & exiccans. Exhibetur igitur vtiliter his qui moleſtantur Catharris, fluxu Capitis, Aſthmate, Phthiſi, Tuſſi, Colica, &c. Promouet expectorationem, intercipit defluxiones ad articulos, ventoſitatos ventriculi ac inteſtinorum pracauet ac diſcutit.*

Doſis. *Tantum pulueris miſcetur, vt vehiculum albicante colore tingatur, daturque mane & veſperi cochl. 1. Vehiculum ſit appropriatus liquor, Aqua ſcilicet Cinamomi, Meliſſa,* 🝐, *&c.*

N. *Quercetanus exhibet* ℥j. *pro cathartico.*

*3. Lac* 🜍 *S. Cloſſ.*

Coque in cacabo ferreo 🜞 part. ij. ~ puluer. part. 1. cum maxima quantitate aq. donec partes 3. aq. ſint conſumptæ, ruboremque contraxerit inſtar ſang ex 🜍 e diſſoluto, coletur calidè per manicam, refrigerari permittatur, denique præcipitetur ⊡ calente, & decantato lixiuio Lac 10. aut 12. aq. calidà dulcoretur.

Vires *eadem qua lactis Crolliani, verum quia interdum fallit, parumue pracipitatur, hic modus infallibilis ad inueniendus fuit.*

## *III. DESTILLATIO.*

*Vnde*

*1. Spiritus* 🜍 *S. Cloſſei.*

Eligatur 🜍 Leodienſe coloris vireſcentis minoris tubi ſiue magnitudinis ( Galli vocant du ſou re verda petit canon, ) tale enim per ſe luculenter ardet, locetur per magdaleones in ſcutellâ intus & extus vitreatâ, accendatur ad candelam, vt guttulæ liquati 🜍 & ardentes, alios magdaleones incendant, huic ſcutellæ Campana ex arte appendatur, ita vt verticem illius flamma non attingat, nec etiam nimium diſtet, ( gignitur enim hoc Oleum ex reuerberio flammæ ſubuolantis contra aliorum opinionem) aliàs flores acidos habebis, perge in ſubſtituendis ſcutellis, donec ſatis Ωus campanarij habeas. Ex ℔. 1. 🜍 nanciſceris Ωus ℥j.

*2. Spiritus ſ. Oleum Sulphuris per C.*

Habendum eſt vas vitreum latum paropſidis vel patine inſtar, è cuius medio ſurgat meta, [ tripus vel aliud aliquid metæ vices ſupplens, ] ſupra metam concha vel +bulum ſtatuatur Sulphure

Sulphure repletum. Deſuper campana ſuſpendatur vitrea, ea diſtantia ne flamma illam attingat; ſic fumus eſt Sulphure accenſo aſcendens in campana condenſabitur, condenſatuſque ex campanæ oris in ſuppoſitam patinam decidet.

N. 1. *Si conclaue fuerit clauſum, locuſque ac tempus humidum, maior olei quantitas colligitur.*

N. 2. *Vtile eſt campanam initio madefacere.*

*Alius modus.*

Idem Oleum per Retortam tubulatam deſtillari poteſt.

*Nimirum:*

Retorta tubulata, vel quæ in poſtica parte tubulum habeat in fornacem collocetur, eique recipiens 🜄æ menſura ad impletum, ſine luto adaptetur. Poſtea vbi incaluit Retorta fruſtula 🜍 *is partitis vicib. iniiciantur,* & poſt ſingula fruſtula iniecta tubulus claudatur: Spiritus poſtea ſeu Oleum in MB ab 🜄 ſeparetur & rectificetur.

N. *Si prorſus aërem denegaueris, ſine fruſtraberis, id quod mihi accidiſſe ſcias, qui lacteſcentem liquorem loco Spiritus obtinui, omnis aciditatis expertem.*

Vires. *Spiritus vt fere nihil aliud eſt, quam ſpiritus ⊖ i, ita & eaſdem cum ipſo vires obtinet. Inſuper eſt & contra Peſtem, Aſthma, &c. vtiliſſimeq; extrinſecus adhibetur in procidentia ani, ſi illius pauxillum cum 🜄, v. g. plantaginis miſcetur, & ſpongia hoc liquore madefacta locus affectus tangitur.*

*Vide Senn. Inſt. Beguin. Gluckarth. Temzel.*

N. *Ex reſiduis fecibus ſi in copia collecta fuerint. Sal elixiuiari poteri.*

3. *Spiritus Campanarius facillimus S. Cloſſ.*

℞. 🜍 viridis vel alterius pulueriſ. ℥ iv. 🜕 us ſal nitri vel ᘉ us ex ſal com- & ⊖ compoſiti (vide ſupra cap. 21.) ad ſupereminentiam. 4. digitorum tranſverſorum, ℘a ex ᘎ in ⊞ ſubitus & ſupra poſitis ad vltimam vſque guttulam. Cohobetur 6. aut 7. (quo plus, eò melius (. Reperies in ᘎ vltra ℥ ij. ᘉ us eiuſdem amaroris, naturæ, faculatiſque cum Campanario, viribus ᘉ us nitrarij haut imminutis.

N. *Etſi ad ſiccitatem videatur ſecretum fuiſſe menſtruum, nihilominus 🜍 rei inhæret Sal cauſticum, quod dio expoſitum in ᘉ um 🜍 ris reſoluitur, nouo quotidiè ſuccreſcente, nec à Campanario vllatenus differente.*

4. *Aqua acida ſeu aciditas, vel Phlegma 🜍 is.*

Aqua acida Sulphuris appellari poteſt liquor ille acidus, qui in ſublimatione florum, initio (parce tamen) extillat.

*Vires eaſdem cum ſpiritu præcedente obtinet. verùm quia minus efficax, raro in vſum venit.*

5. *Aqua ſeu Ens Balſami Sulphuris.*

℞. Aquam acidam, quæ extillauit in ſublimatione flor. 🜍 ⊖ tor. rectifica & coniunge in MB bullienti, cum 🜄 acida quæ extillauit in ſublimat. flor. 🜍 reſinatorum.

N. *Hæc* 🜄 *(quæ lactei coloris) ſeorſim colligenda eſt, ne miſceatur cum oleo ſubnigro, quod ſubſequi ſolet.*

Vſus idem qui florum, in peſte, febribus, colica, obſtructionibus ac aliis affectib. pulmonum *Croll.*

6. *O'. Sulph. Balſamicum.*

Balſamo Sulphuris Sal toſtum adde

atque per Retortam deſtilla. *Sen. Inſt.*

7. *Ol. 🜍 Linatum,*

℞ 🜍 citr. [℔. 1.] maceretur & ſoluatur in Ol. Lini, (℔. 1 ß.) & fiet maſſa concreti ſanguinis inſtar. Refrigerata materia deſtilletur per Retortam, & prodibit Oleum rubicundiſſimum.

N. *Alij addunt* 🜔 *i calcinat.* ℔. *ij. Mil.*

Vires. *Prodeſt ad vlcera ac bubones peſtilentiales maturandos.*

9. *Ol. 🜍is aureum.*

℞ 🜍 aliquoties liquefacti & in ▽ effuſi ℔. 1. pumic. ℔. ß. miſc. vt fiat maſſa ac deſtilla lento △. ] N. *ne des ignem inferius, ſed ſupra & ad latus,* ] ſub fine auge ignem, & extillat oleum inſtar ☉.

Vires. *Exhibetur vtiliſſimè in Cachexiis obſtructionibuſque viſcerum, præſeruat à peſte. Clar. D. D. Ioh. Tileman P. Profeſſ. Marpurg.*

10. *Ol. Sulphuris rubrum.*

℞. 🜍r, ℔. 1. Ψ. ℔. ij. per Retortam pelle.

Vires. *Itidem maxime eſt vtilitatis in bubonibus peſtilentialibus maturandis.*

11. *Oleum ſulphur verum S. Cloſſ.*

Reſolue ℥ij. tuſi in ℔ ß. ſpiritus thereb. clari, id quod fiet intra ♂ ſuper ⊢E, ſolutionem rubentem decanta, alium affunde digere, ſepara per inclinationem, feces (quæ erunt perpaucæ) abiice. Tincturas ℈ a △ ∴ lentiſſimo ex magna ᘓ, donec ferè omnem ☊um thereb. recuparaueris. Guttulis autem rubris apparentibus mutetur recipiens & △ paulatim augeatur, egredietur Oleum coccineum cum fœtore intolerabili, qualis eſt latrinarum. vltimò ᘓ ferè incandeſcente, ſpiſſum & obſcurè nigricans. Hoc rectifica & ſepara à ☊u thereb. ſuperſtito. Oleum autem vaſe clauſo digere per menſem in MB, vbi fœtorem deponet, euadetque verus Pulmonum balſamus.

Vires. *Eſt egregium Vulnerarium intrò ſumptum, curat vlcera interna, reſiſtit ſuffocationi matricis, peſti, colicæ, catarrhis fluentibus aſthmati, empyemati, vrinam prouocat. Doſis gutt. 3. in ſyr. conuen. vel oui vitello.*

### *IV. INFVSIO:*

*Vnde*

1. *Balſamus Sulphuris Terebinthinatus ſeu Rubinus Sulphuris.*

R. Fl. Sulphuris 🜔 i ℥iij. Spir. Terebinth. ℥vi. viii. Digerantur in vaſe vitreo, donec ſoluatur Sulphur & ſpiritus Terebinthinæ rubicundus reddatur. Hinc decanta ac ſerua

N. *Quod ſi hunc Balſamum à ſuo ſoluente ſeu ſpiritu ſeparare volueris, affunde ▽ & deſtilla, ſic ſpiritus vna cum ▽ extillabit, relicto Balſamo in fundo.*

Vires. *Excellentiſſimam Medicinam prabet contra Phthiſin, quippe valet ad vlcera pulmonum conſolidanda, præſeruat à peſte, aliiſque, morbis contagioſis: inſeruit quoque Tinctura Sulphuris, vide infra.*

*Doſis à g. 4. ad 7. ſcil. ſi à ſuo ſoluente ſeparatus ſit, vel ad g. 20. cum ſuo ſoluente. Querc. in Pharm. reſt. Hartm. in Pract. Sen. Inſt. Beg. &c.*

2. *Balſamus Sulphuris compoſitus, Balſamus vitæ,*

℞. Flor. Sulph. ℔. 1. Myrrh. ℥iij. Aloës ſuccotr. ℥ij. croc. ʒij. pulueriſa, ac digere cum ☊tu Terebinth. ad eminent. digit. 2. affuſo, decanta.

Vires. *Efficatius operatur quam ſimplex.*

*3. Balſamus ſulphuris ad Externa, qui Rulando adſcribitur.*

Fl. 🜍 vel ſulphur pur. ℥j.
Ol. rapar. expreſs. vel nucum ℔.ß.
Vini generoſi ℥ij.

Macerentur ☍ 8. △e lento, aliquoties agitando. Poſtea coquantur lentè ad vini conſumptionem. Tandem cola & ſerua vſui.

Vires. *In variis morbis Rulando Balſamum hic adhibitus eſt. Vide eius 1. Cent. 92.*

N. *Balſamum Rulandi aliter deſcribit Vnt3erun tract. de ſulphure. Vide & Balſamum ſulphuris* ⊕ *latum in Angel. Sala tract. de* ⊕ *lo.*

*4. Tinctura ſulphuris.*

Poſtquam à Balſamo ⌒ Terebinth. ſeparatus fuerit, ] *modum ſeparandi habes in Balſamo* ] affunde 🜄 & extrahe 🜄 in MB, & habebis Tincturam; digere atque à fecib. ſubſidentib. decanta.

Vires. *Præſtantiores effectus habet quam Balſamus.*

*Doſis gutt. 3. 4 &c.*

N. *Extrahit quoque ex ſulphure crudo Tincturam citrinam* 🜄 *optimè rectificatus.*

*5. Tinctura ſulphuris S. Cloſſ.*

Infer in candens tigillum per cochlearia mixturam ex ⦶ ℔.j. ſulphur puluer. ℥iv. comburantur △ forti, donec ſtrepitus ceſſet, & in maſſam rubram mixtura detonata compingatur, cui in pulu. redactæ Spiritus Vini 🜿 ſatus affundatur, extrahaturque Tinctura.

Vires. *In peſte, febribus, ſcorbuto, obſtructionibus hepatis, pulmonumque morbis.*

*Doſ. gutt. 8.*

*6. Alia Tinctura.*

Fac Capitellum ex ſal nitri in aqu. ſoluto, in cuius ℔. vi. bulliat per 24. horas ſulphur puluer. ℔j. filtretur liquor rubeus, & præcipitetur cum aceto, in quo decoctum fuerit ♀ ex ⊕ lo. In fundo reſidebit puluis ſcarlatinus, è quo tinctura modo ſuperius tradito, vel per ⌒ um thereb. extrahenda venit.

Eſt S. Cloſſ.

*7. Cryſtalli ex Tinctura ſulphuris*

Poſtquam per ⌒ um thereb. & 🜄 tinctura fuerit prolecta, vt dicitur artic. 4. p. 166. abſtrahendus eſt 🜄, dum reſtitet tantùm pars tertia illius, quæ in cellâ collocatur, vbi naſcuntur cryſtalli; in quibus reſidet Q. Eſſentia ſulphuris, diſſoluantur iterum in alio 🜄, & denuò coagulentur, quò magis ac magis ab odore graui immunes reddantur.

*Doſ. gr. 4. in liquor. appropr. tabellis electuar.*

*8. Sal. ſulphuris.*

Vel fit ex ♀ ⌒ us Campanarij, de quo vide Keſlerum artic. 54. Centur. 1. vel ex carbone nigro leui & foliato ſulphure poſt extillationem Olei veri, (vide præcedentem pag.) reſiduo, hoc △ miti reuerberandum eſt ad albedinem.

*Vterque modus parum ⊖is præbet, ſed efficax aduerſus verminationem remedium.*

*9. Eſſentia Sulphuris.*

℞. Miner. Sulphuris q. v. affunde 🜅. (ex ⊕ & ⦶) ſolue, quoad poteris. Hinc abſtrahe ſolutum ad ſiccitatem, edulcoratumque reuerbera ad rubedinem ſaturatam. Hinc extrahe Tinct cum 🜄, digereque donec Eſſ. Sulphuris à 🜄 ſeparetur inſtar olei, fundumque petat.

Vires. *Magnorum eſt virium ad arcendam putredinem.*

*Doſis gutt.6.*

N. *In hac Sulphuris Eſſentiâ ſi Myrrha, Aloë, aromataue infundan ur, atque Tinctura* ℞ *extrahatur, dicitur Balſamus mortuorum.*

*Baſil.in repet.Lap.Ph.*

*V. LIQVATIO.*

Sublimatus Sulphur in ſublimatorio ſat alto △ forti, ſublimatum expone liquationi in cella, aliquandiu. *Baſil.d.l.*

---

## CAP. XXIX.

### *De Bitumine ac Ambra Gryſea.*

BItuminis nomen generaliter denotat quodcunque minerale pingue Vnde & diuerſas ſub ſe ſpecies comprehendit. Ambram ſcil. Succinum, Sperma ceti, tum quoque Bitumen in ſpecie ſic dictum; Naphtham & Petrolæum; Carbonem petræ & Gagaten. De quibus, ſigillatim breuibus.

*De Ambaro.*

Ambarum, Ambra, ſiue Ambara generaliter duo bituminis genera denotat, quorum vnum, Ambræ nomen communiter retinet, & ad differentiam alterius, Ambra gryſea dicitur. Alterum, Succini nomen aſſumpſit, de quo loco ſequenti.

N. 1. *Eſt & Ambra nigra, de qua maxima eſt Authorum inter ſe diſſenſio. Sunt enim qui vera ambra natiuæ ſpeciem faciunt, quæ reliquis ſit imbecillior. Alij factitiam ſtatuunt, ex moſcho, Zibetta, ligno aloes, ſtyrace & ladano. Alij Gagaten. ſub titulo ambræ nigræ vendunt. Alij ſuccinum colore ad nigrum vergens.*

N. 2. *Eſt & ambra ſubalbida, i. e. Sperma Ceti.*

Ambra Officinarum bituminis quoddam genus eſt, ex fontibus acalueis maris ad littus eructatum. Germ. *vvolricchend Amber.*

Optima cenſetur Gryſea (ſeu coloris cinerei) à ſordib. purgata, odorata, læuis, quæque acu perfoſſa ſuccum pinguem reſudat. Improbatur nigra, candida valdè, vtpore dubio procul adulterata.

Factitia facilis cognitu eſt, odore ſcil. (quo res ex quibus confecta eſt, prodit) tum quoque colore, (quo plerumque nigra eſt,) adde quod ▽ impoſita citius molleſcat, quam natiua.

Vires. *Calfacit, ſiccat, reſoluit, cor cerebrumque roborat, ſpiritus vitales ac animales ſulphurea ſua ac ſuaui exhalatione ſuſcitat reficitque: Vnde haud rarus illius vſus eſt in globulis illis fragrantibus ad infectum aërem corrigendum, ſpirituſque ab infectione tutandos, formatis; quos globulos inde Poma Ambræ vulgus appellat. de quib. l.2.*

PRÆPARATA.

1. *Eſſentia Ambræ.*

℞. Ambr. gryſ. p.1. Ol. amygd. d. p.ij. impaſta,

impaſta, ac digere ♉ aliquot, poſtea exprime: Expreſſioni affunde 🜄 rectificatiſſ. digere ac deſtilla per arenam. Sic eleuabitur cum 🜄 Eſſentia quoque Ambræ, relicto oleo amygdal. in fundo Abſtrahe igitur 🜄 leni calore, ad conſiſtentiam olei.

*Doſis g. paucæ.*

2. Species Diambræ, *vide in D.*

3. Poma Ambræ, *vide lib. 2. c. 75.*

4. *Ambra Eſſentificata.*

℞. Ambræ gryſ. opt. part. VIII.
Moſch. odoratiſſ. p. 1.
Sacchr. albiſſ. p. ſ.

Omnia puluериſata cum Spiritu Roſarum ardente terantur optime diutius, ſæpius aliquid de Spiritu roſarum affundendo, attemperando & rurſum reponendo, vt q. ſiccеſcat. Hinc rurſus vt prius teratur, & ſeruetur.

Vires. *Omnium viſcerum confortatiuum maximum eſt & inprimis vim procreandi promouet. Doſis inſtar piſi minoris in Vino vel alio liquore. Hartm. in pract. & in Croll.*

N. *Flores Ambræ habet Keſterus ſub nomine glebæ bituminoſæ.*

---

## CAP. XXX.

### *De Succino.*

SVccinum nihil aliud eſt, quam Succus bituminoſus ſeu Reſina terræ optimè digeſta, exinde in mare traducta atque ibidem præcipuè concreta.

N. *Dum bituminoſa illa ſubſtantia adhuc liquida eſt, varia ſeſe inuoluere ſolent, vt muſcæ, formicæ, &c.*

Dicitur Arabicè Ambra citrina, Electrũ, Chryſolectrum, Carabe; Gleſſum, Reſina terræ, (Paracelſo) *Agſtein Bernſtein, Gentar.*

*Delectus.*

Succini genera etſi pluria vulgo numerantur, album ſcil. flauum, & nigrum; attamen non niſi duo Officinis noſtris eo nomine veniunt. Album ſcil. & flauum ſeu Citrinum; nigrum enim non datur niſi particulis, ad nigredinem aliqualem inclinantib. id nominis imponere velis. Vtrumque quamuis laudibus ſuis haud deſtitutum ſit: Attamen præſtat album, vtpote magis digeſtum. Eligendum id ipſum candidum, ſyncerum, ſuaue fragrans Huic ſuccedit flauum, quod præſtat pellucidum, quodque præ aliis attritu, ſuauem halat odorem, nigrius enim (quod nonnulli ſuccinum igrum, alij ambram nigram faciunt.) vilius eſt. Flauum ad albedinem deduci poteſt hoc modo.

℞. Succin. flau. e. gr. ℔. 1. pone in cucurb. terream validam, ſuperadde ſalis marini vel (ſi eo cares,) ſalis gemmæ, aut ſalis commun. opt. ℔. ij ſuperfunde aquæ pluuial. q. ſ. ad ſoluendum: quo ſoluto, inſuper affunde recentem 🜄 fluuial. ebullian ſuperimpoſito ⚗ bico cæco, (ne 🜄 ſubito exhalare poſſit, non tamen firmiter cucurbitæ agglutinato:) ♉ ♀ 14. vel donec coctione illa album euadat.

N. *Ne 🜄 deficiat, identidem alia feruens ſuperaducienda erit. Hartm. in Croll.*

Vires. *Calfacit, exiccat, roborat, adſtringit leniter, capiti ac vtero inprimis dicatum eſt. Hinc adhibetur vtiliter in Catarrhis, Epilepſia, Apoplexia, Lethargo, Vertigine, Suffocatione ac Inflatione matricis, profluuio ſanguinis ac ſemmis, quod ad naturalem ſtatum reduci: In fluore albo muliorum. Cæterum globuli è ſuccino ad oculorum defluxiones miro ſucceſſu auxiliari dicuntur, annexi occipitio. Iidem etiam collo geſtati præpediunt, ne deſtillationes in guttur ferantur. Baptiſt. Port. Matthiolus.*

Vſus, *Præcipuè albi, tàm internus, quam externus eſſe poteſt. Internè exhibetur ad ʒj. inſque*

N. *Alij commendant pro amuleto in peſte, ſi eo pulſus ſæpe fricentur.*

PRÆPARATIONES

1. Præparatio. 2. Solutio ſeu Præcipitatio. 3. Deſtillato.

*I. PRÆPARATIO.*
*Vnde*
*Succinum præparatum.*

Præparatio Succini vulgari modo fit, cum 🜄 appropriata læuigando.

N. *Quercetanus in Ph. reſt. c. 26. miſcet Succ. pulu. cum 🜈, hunc deſuper accendit, continuo agitando, & hoc 4. repetit, tandem humiditatem 🜂 e ſeparat, reſiduum Succinum pulueriſat & ſeruat pro vſu.*

Vires. *Eædem quæ ſupra.*

*II. SOLVTIO & PRÆCIPITATIO.*
*Vnde*
*Magiſterium, Extractum, Tinctura.*

℞. Succini pulueriſ. q. v. affunde 🜈 rectificatiſſ. ſolue, decanta & abſtrahe in 🝫, vel præcipita cum 🜄 font. & remanebit in fundo Magiſterium.

N. 1. *Paracelſus.*

℞. Carab. q. v. affundit circulatum, digerit in ⊢Eꝛibus ♂ ♀ (*6.*) Hinc abſtrahit ac cohobat, idque toties donec in fundo 🝆 appareat, *lib. 6. archid. p. 81.*

N. 2. *Dici quoque poteſt Tinctura, ſi in forma liquidiuſcula adhuc adſeruetur.*

Vires. *Magiſterium hoc, vt nihil aliud eſt, quam pars purior ac reſinoſa, à craſſioribus ſola ſolutione ſeparata, ita eaſdem cum ſuccino, efficaciores tamen operationes obtinet.*

*Aliter.*

℞. Succinum pulueriſatum & parum toſtum, affunde 🜋 ac extrahe, Extractum præcipita cum Spir. 🜖i.

Vires. *Sudorificum eſt ac diureticum.*

*Magiſterium Succini dulce fixum.*

℞. Succin. alb. pulueriſat. ſubtiliſſ. q. v. affunde 🜋 ad eminent. 4. digit. ebulliant. an arena aliquot dies (ſi euaporet, affunde nouum) vt rubeſcat 🜋. *Hoc* filtra & abſtrahe, ſic manet magiſterium in fundo. Hoc ſolue in 🜄 (roſatum) filtra & abſtrahe, idque vice tertia, tandem præcipita cum Spir. 🜖 i vel ſucco citri.

Vires. *Sudoriferum eſt inſigne, admodumque conueniens in morbillis, pleureſi, confortat cor, &c.*

*Doſ. à g. 6. ad 12.*

N. *Ita etiam paratur Magiſter. C. C.*

*III.*

*III. DESTILLATIO.*

Deſtillatio exhibet Oleum, Phlegma, Spiritum ac Sal: perficiturque vel ſine liquore, vel cum liquore affuſo, per cuius virtutem ſcil. aliquantulum digeratur ac ſoluatur.

N. *Oleum non aſcendit, quandiu aquem adfuerit vehiculum, ideoque ſi oleum expetatur. ſine* ▽ *deſtillatio peragi poteſt.*

*E. gr.*

℞. Succin. groſsè triti, q.v.e.g. lb. ij. vel lb. iij. (poſſunt & ſilices contuſi addi, ( deſtilla per ☊m vitream, terreamuè igne gradato & caute adhibito: Extillabit primo phlegma, poſtea oleum ſubtilius, tandem craſſius, Salque volatile parientibus adhæreſcet. Hæc ſingula ſi libet ſeorſim ſuſcipe.

N. 1. *Alij digerunt primo Succinum cum aqua, ( ſic Crollius cum* ▽ *roſacea) hinc deſtillant. Verum vt dixi oleum non aſcendit, prinſquam humiditas aquea conſumpta fuerit, protrahitur itaque nimium labor citra vtilitatem, qua ſit alicuius momenti.*

N. 2. *Alij ſuccinum optimè terunt. vt ſit inſtar farinæ, hanc miſcent cum ciñere optimè elixiuiato, deſtillantque igne adeo leni, vt intra momenta 20. vix guttula decidat. Sic eliciunt oleum penetratiſſimum, quod ſeorſim colligunt, mutato, cum flauum apparere inceperit, recipiente.*

Hactenus olea ac ſpiritum: confuſim, deſtillando adeptus es: itaque deſtillatione ſeu rectificatione vlterius ea ſeparare ac rectificare poteris.

℞. Oleum omne vel ſingula ſeorſim, infunde in cucurbitam, cum ſ.q. aquæ addendo nonnihil ⊖ is ac deſtilla per MB vel per veſicam.

N. 1. *Alij affundunt oleo rectificando* ☓, *digerunt & deſtillant.*

N. 2. *Si oleum illud craſſius vna cum* ✢ *ſuper* ☢ *reſtitans rectificetur, oleum extillat primo inſtar* ▽*æ limpidiſſimum, quod ſubſequitur, ſub flauo colore præditum eſt.*

*Hinc extant*

*PRÆPARATA*

*Officinalia.*

1. Succinum præparatum: fit ex albo, l.a. cum aqua.

2. Magiſterium ſeu præcipitatum, *vide ſupra Præcipitatio.*

3. Phlegma. *In deſtillatione Collectum* (ſed rarò.)

4. Oleum ſuccini albi:
   1. rectificatum.
   2. non rectificatum ſeu fœtidum.

   Oleum ſuccini citrini.

5. Balſamus fit ex ſuccini 1. Magiſterio ſeu Extracto duriuſculo. 2. Oleo, & 3. ⊖: quæ excipiuntur Oleo nuciſtæ ex pr. præparato.

6. Pilulæ de Succino v.l.2.

7. Trochiſci de carabe Aug.

8. Cryſtalli ruſi & Sal volatile album Succini deſcrib. à Keſl. centur. 3. artic. 12

## CAP. XXXI.

### *De Spermate Ceti.*

EST & aliud genus Bituminis, quod Sperma Ceti Officinæ vocant, alij Ambram ſubalbidam, alij florem maris ſeu ſalis veterum interpretantur. Germ. *VValroth.*

N. *Colligitur in mari, cui ceu ſpuma ſupernatat. Cuius autem originis ſit, nondum interſe Authores conueniunt. Sunt enim qui eſſe ſemen volunt è Balena ſeu Ceto emiſſum, ſed malè, inuenitur enim in locis, vbi ne balena vnquam deprehenſa ſunt. Sunt ergò alij qui florem ſalis à Veteribus deſcriptum, nominant, adeoq; ſpumoſum quod ſalis marini perhibent. Verum & hi hallucinantur, primum quod cum veterum flore ſalis, qui ruber & liquidus deſcribitur, minimè conueniat. Secundùm, quod ſit citra vim abſterſoriam ſalſam, quam ſpuma ſalis vtiq; referret. Veriſimilius ergo videtur, vti in reliquis Regnis duobus vegetabilium ſcil. & animalium, excrementa ſuppetunt pinguia: Ita & in Regno Macrocoſmico. Et huius ſpeciem eſſe pinguedinem hanc furfuroſam, productam, vel exhalatione terræ ſulphureæ, mari communicatæ, vel ex ſulphureis particulis marino ſali immixtis, quæ agitatione fluctuum congregatæ, & in pinguedinem coactæ ſint.*

Eligatur candidum, pingue, recens, non rancidum, &c.

Vires. *Humectat, reſoluit, anodynum eſt, proin vulgaris vſus in coagulati ſanguinis reſolutione á caſu vel ſimiliter contract. In torminibus colicis ſedandis, vt & in torminibus ventris infantum mitigandis. In tuſſi tartaroque pulmonum demulcendo.*

*Doſis à* ℈j. *ad* ʒj. *vel* ʒij.

*Extrinſecus ſunt qui cicatribus exanthematum illinunt, vt carne eas repleant.*

## CAP. XXXII.

### *De Aſphalto, Naphtha, Petrolæo, ac oleo Terræ.*

Aſphaltos { Vera, de qua hic.<br>Subſtititia, Aſphaltos.

Officinarum, *de qua lib. 4. Piſſaphaltum.*

Ἄσφαλτος, ἄσφαλτον eſt Bitumen, (ſeuum, reſina,) Macrocoſmi, picis inſtar durum, &c. Supernatare primum aquis conſpicitur ſeu lacubus, hinc ad littora propulſum concreſcit, denſatur, tenaciſſimumque redditur.

Præfertur reliquis Iudaicum Bitumen, quod mortui maris (ἀσφαλτῖται propterea dicti,) genitura. German. *Iudenpech.*

Eius verò probatio eſt, vt purpuræ modo ſplendeat, (ſcil. in nigrore) ſitque ponderoſum & validum odorem

rem vibret, nigrum autem & ſordidum, vitioſum eſt.

N. 1. *Quia rariſſimum eſt, noſtratibus eius loco Piſſaphaltos in vſu eſt, quam vide lib. 4.*

N. 2. *Oleum illius datur vt Succini.*

Naphtha eſt colamen bituminis Babylonii, conſiſtentia liquidum, ignis rapaciſſimum.

N. *Nec & hæc noſtratibus vſitata, ſed loco eius Petrolæum vſurpare ſolent.*

Petrolæum, Oleum Petræ, *Stemœle* eſt liquamen (axungia Macrocoſmi,) pingue, liquidum, è petris, & ſaxis effluens.

Vires. *Calfac. & ſicc. tenuium partium eſt, digerit, & reſoluit. cerebro ac neruoſo generi confert.*

N. 1. *Petrolæum in Italiæ regione Mutinenſi ſtillat candidum & ruffum. In Sicilia fontibus innatat. Apud Meianum pagum in tractu Parmenſi album eſt. Babylonicum autem in ſuo fonte flagrare dicitur, ſecus Italicum.*

N. 2 *Rectificatio Petrolæi fit in Capellâ vacua, ita habebis limpidiſſimũ ♌um, & in fundo ♏ vernicem ſeu Colophoniã nigram, ſolidandis vulneribus aptiſſimam. Spiritus autem pernionibus vlceratis confert, neruoſque illitu cum 🜄 roborat.*

Oleum terræ oleum eſt pellucidorubicundum, odoris fortis petrolæum æmulantis, ſed gratioris

*Ante paucos annos nobis innotuit ex India orient. aſportatum, vbi ex monte quodam effluere dicitur.*

Vires. *Arthritidi vagæ maximo eſt ſolamini, inunctum.*

---

## CAP. XXXII.

### *De Carbone Petræ & Gagate.*

CArbo Petræ, carbo foſſilis, *Steinkohlen*, )Bituminis terreni genus eſt foſſile, lapideum, friabile, nigrum.

Dicitur Carbo quod nonnullis, præcipuè Anglis, vt & nonnullis Germaniæ locis fomitem ignis præbeat. Aliis terra ampelitis audit, aſt malè.

*De vſu eius Medico nihil adhuc quod addam habeo, nullus tamen dubitat, quin oleum inde elici poſſit ad maturanda vlcera, emolliendoſque tumores aptiſſimũ.*

Gagates eſt genus terræ nigræ, lapideæ cruſtoſæ, adeò bitumine prægnans, vt bitumen redoleat, & accenſum picis ferèmodo flagret, nigerrimumque emittat fumum.

Dicitur Gagates à Gaga Fluuio Ciliciæ, in cuius faucibus olim ſolum inueniebatur. Hodierno autem tempore & in Germania frequenter eruitur. Differt à carbonibus foſſilibus quod hi nec flammam emittant, niſi follibus excitentur, nec bituminis odorem ſpirent, Gagates vero igni admotus flagrat, odoremque bituminis exhibet.

N. *Sunt, qui ſuccinum nigrum vocant, cum ſuccinum reuera non ſit, quippe cruſtoſus gagates eſt. ſuccinum leue. Alij Piſſaſphaltum, ſed male, quippe hoc*

*factitium quid eſt. vide lib.4.*

Vires. *Emollit, diſcutit, Colicum morbum ſanare creditur, ſi in pollinem redactus ſeptem diebus continuis ad ℥j. vſque propinetur. Aëtius flagrantem in vino extinguit, idque cardiacis propinat.*

PRÆPARATA.

Oleum in cinere ex retorta vitrea paratur ad modum olei ſuccini, ſed igne paulum vehementiori. Oleum hoc ſi libet, poterit rectificari, addita aqua ſimplici.

Vires. *Commendatur Epilepticis, Maniacis, Paralyticis, Spaſmicis, Tetanicis, Arthriticis, ab vtero ſuffocatis, naribus illitum.*

Seriùs tranſmiſſum inſerendum ſupra.

*Ad pag. 320. lib. 3. capite 2.*

Eſt & genus terræ exoticæ, colore purpureum, punctulis albis intertextum, ac ſi ſitum contraxiſſet, ſapore auſteriuſculum, maſticatum liqueſcens, ſubdulcemque poſt ſe relinquens ſaporem; CATECHV vocant, ſeu TERRAM IAPPONICAN. *Huius vſum perhibent celebrem in exiccandis catarrhis, capiteque roborando, ſi in ore detineatur.*

Particulam *huius* obtinui à Pharmacopœo noſtrate curioſiſſimo Dn. Matthia Banſa.

*Et ſic ad Finem perducta eſt Mineraloga.*